



BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
2 B
18

GRAMMATICA ARABICA.


إلآجرومية


Agrumia appellata.

Cum versione Latina, ac dilucida expositione,

ADM. R. P. F. THOMAE OBICINI Noniensis, Diœc. Nouariæ, Ord. Minorum, Theologi, ac Linguarum Orientalium in Collegio S. Petri Montis Aurei, de mandato Sacræ Congregationis Fidei propagandæ, Magistri.









ROMAE,

Typis Sac. Congregationis de Propag. Fide.

M D C X X X I.


SVPERIORVM LICENTIA.

Imprimatur si placet Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Episc. Bellicastr. Vicesg.

PRæcipuos hosce apud Arabes de arte Grãmatica libros, à R. P. Fr. Thoma Obicino Noniensi, à Nouaria nuncupato, non modo fideli interpretatione latinè redditos, verum etiam vtilissimis commentarijs mirum in modũ illustratos, omnibus huius linguæ studiosis quã maximè profuturos esse procul dubio existimo; cum nullus alius, qui ad hanc vsque diem in lucem prodierit, liber, Arabicæ linguæ Grammaticen tam adamussim, tantaque doctrinæ, de qua agitur profunditate, Arabum more pertractarit. Ideoque ad publicum commodum, vt typis concedantur, mihi dignissimi videntur, præsertim cum nihil contineant fidei, aut bonis moribus aduersum: quinimmo summam eiusdem Patris pietatem vbique redoleant, ac propagandæ fidei laudatissimum zelum in ipso non mediocrem præ se ferant. Ex Musæo, pridie Nonas Aprilis Anno Domni CIↃ IↃC XXX.

Petrus à Valle Peregrinus.



Imprimatur.

F. N. Riccardius Sacri Palatij Apostolici Magister.

EMINENTISS. AC REVERENDISS.

D. D.

ROBERTO VBALDINO

S. R. E. Card. Amplissimo.

F. THOMAS NONIENSIS Diœcesis Nouariæ, Ordinis Minorum, salutem, perpetuamq. felicitatem precatur.



PTATISSIMO, fœlicissimoq. conuersionis gentium tempore iam appropinquante, Romana Ecclesia cunctarum Nationum Mater, & Magistra, à Spiritu sancto verè edocta, Congregationem de Fide Propaganda, Sponsum Dominum suum imitata, ardentissimo salutis omnium zelo, anno D. MDCXXII. decurrente, cælitus instituit. Nam sicut sexta mundi ætate Dominus Noster Iesus Christus, iuxta Apostolum, Pontifex factus in æternum, ex collecto Discipulorum suorum cœtu, duodecim elegit, quos & Apostolos nominauit. ita & hoc sexto Ecclesiæ tempore, Romanus Pontifex, verus Christi Vicarius ex sacro Cardinalium Collegio

duodecim elegit, quos & super omnem terram; tanquam nouos Apostolos in his quæ sunt fidei propagandæ, Principes constituit, & generalem animarum curam demandauit. Et quemadmodum in celeberrima illa antiqua Ierosolymorum Vrbe, Collegium illud Apostolicum, idem Dominus omnium adhuc in carne mortali constitutus, sanctè fundauit; Immò & in excelso Montis Sion Cœnaculo, vbi Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum instituit, eosque Sacerdotes ordinauit, stupente mundo, non solum erexit, sed miro Spiritus sancti opere, varijs nempe linguarum, idiomatum, donorumque priuilegijs, exornauit, & confirmauit. Vt rectè iuxta Isaiæ vaticinium, de eiusdem Sion collegio, Euangelij lex, & de eadem Ierusalem vrbe, verbum Domini per Apostolos in omnem terram exiret: Christo Domino dicente: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Pariformiter in hac augustissima orbis Vrbe; noua Ierosolyma Roma, nouum hoc ad instar prioris collegium Apostolicum, à Domino nostro diebus istis, per Gregorium XV. Pontif. Max. mirabiliter fundatum est: & in eminentissimo Sion Romanæ Ecclesiæ cœnaculo, vbi vera Christi religio, Templum Domini sanctum, Altare chrismate delibutum, Regale sacerdotium, Incruenta veri corporis, & sanguinis Christi Hostia, Immò, & indubitata fidei veritas, successiua Apostolici muneris dignitas, & legitima mittentis auctoritas est à Spiritu sancto lætantibus

superis

superis erectum est; & per Vrbanum viij. Pontif. Max. magno affectu promotum ingenti gaudio & applausu prosecutum, & mirum in modum diebus suis auctum: Quod opus, in Dei Ecclesia à Christi ascensu vsque hodie, nunquam alias factum legimus; Vt sanè sciant omnes, aurea adesse tempora, quibus solemni (iuxta eiusdem prophetiæ veritatem) iterata prædicatione, de Sion Apostolicæ Sedis, & de noua Ierusalem Roma, per vniuersum Orbem micanti lumine, sacrosancta Euangelij lex fulgeat, & verbum Domini, vt sol lucidissimus mundo opaco oriatur; testante Domino: Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consūmatio. Hinc & in hac Vrbe, & eiusdem Siōn Cœnaculo, aliquos pios zelantes præstantesque viros, ex omnibus Religionibus, Apostolico præcepto iussum est sedere, orationi instare, variaque linguarū idiomata addiscere: quousque virtute ex alto induti; & acuta hac verbi Dei falce accincti, in vastissimam Christi Domini messem, quæ iam alba est, proculdubio mittantur. Nam enim illud; Tunc dicam messoribus; nunc verè adesse videtur; zizania tantarum hæresum, in latissimo mundi agro dispersa nunc nunc extripanda, & in fasciculos colligenda, immo in consūmationis ignē omnino mittenda est; Triticū autē veræ fidei, semenque bonum verbi Dei, cum fidelibus suis, in proximo congregandum est, per eiusdem fidei vnitatem, in horreum Christi, quod est Ecclesia, preciosissimo eius sanguine redempta, ac solidissima B. Petri con-

confeſſione fundata , & erecta ; Ad quam quidem omnes oui ulæ non ſolum a peſſimis Orientaliũ Hæreticorum feris iam diſperſæ ; Verum , & ab Occiduis hæreſiarchis , tamquam rapacibus, veſpertiniſq. lupis diſſipatæ: Immo & à ſingulari fero Mohammede, qui ouile Oriẽtale pæne totũ depaſtus eſt, deſtructæ : Sunt, inquã recolligẽdæ , reducendæ , ac ſaluberrimis vitæ paſcuis, iuxta limpidiſſimos, veritatis fontes, in omnibus S. R. E. cõuallibus, vbi piorum fidelium cœtus inhabitat; & collibus, vbi probata Religioſorum examina degunt ; & montibus , vbi, ſacer Prælatorum Senatus, tanquam lucidiſſimũ iubar, micat, à Paſtore vno electo, legitimo Chriſti Vicario, ac vero Petri ſucceſſore, ſunt paſcendæ, nutriẽdæ, & cuſtodiẽdæ; iuxta Dñi promiſſa: Et alias oues habeo, quæ nõ sũt ex hoc ouili & illas oportet me adducere, & fiet vnũ ouile, & vnus Paſtor .

Quamobrem , Tu Eminentiſſime Domine , qui inter præclariſſimos huius Apoſtolici Collegij Patres, à principio electus, & annumeratus es , ac non tantum , Mediam , Perſiam, Meſopotamiam Armeniam, Syriamq; Verum nobiliorem , ac ſanctiorem orbis partem Diuina diſpenſatione es ſortitus , illam nempe ſacroſanctam terque beatam promiſſionis terram vbi redemptionis noſtræ myſteria ſunt celebrata : Vbi Verbum caro factum eſt; natus educatus , & cum hominibus conuerſatus Dei filius: Vbi pro ſalute mundi mortuus ſepultus, & triumphans reſurrexit à mortuis , & ad cælum denique glorioſus aſcendit: Illam inquam Prouinciarũ omnium

nium Principem, decorem pulchritudinis, gaudium vniuersæ terræ; Vbi prima (vt iam dictum est) huius sacrosancti instituti fundamenta iacta fuere: Vbi linguarum omnium per Spiritum sanctum accepta gratia sacrosancti Euangelij cœpit promulgatio, sãctæ fidei propagatio, & Christianæ Religionis exaltatio. Vbi tandem, & pes pauperis Francisci, gressusque pusilli gregis Fratrum Minorum (vt propheticis vtar verbis) calcat; immo pronus adorat, reuerenter colit, humiliter seruit, vigilanter custodit, & vsque ad effusionem sanguinis, die, noctuque ab immundis infidelium feris mirabiliter defendit, vt ipse certa decem annorum experientia varijs erumnis, iniurijs, carceribusque pro his custodiendis perpessus, optime noui, atque probaui. Quæ sanè Religio, meaque paupercula mater, omni promptitudine Romano Pontifici summo Christi Vicario semper obediens, ac Sacrosanctæ sedis Apostolicæ præceptis inuiolabiliter obtemperans, statim atque Religiosis omnibus cæleste de propaganda fide intimatum agnouit edictũ, collectos ex multis Ordinis Prouincijs, doctos, probos, piosque Religiosos, Romam in Conuentu sancti Petri montis Aurei, Collegium linguarum Orientalium à Sacra Congregatione de propaganda fide dudum erectum, illicò destinauit; in quo diuina aspirante gratia, breui temporis interuallo, non tantum legere, & scribere Arabicè; verum & vernacula lingua vt cumque loqui, & Grammaticali idiomate mira promptitudine disputare didicerunt. Quinimò reconditas logicorum

rum

rum, Philosophorumque Arabum voces, summo ingenij acumine penetrantes, in dies inter se, & plubicè de his disputare non timent, vt acuto idiomatis Arabũ gladio, pũgentique linguæ mucrone, de manibus eorum arrepto, in campum certaminis, cuius omnipotentibus armis signati, ad fidei agonem intrepidi tandem prodeant, ijsdemque inimicorum armis superbo, diri tyranni monstruosique gigantis Mohamed abscisso capite, trophæum Crucis Christi, nobili triumpho, suis inferant arcibus.

Propterea ego minorũ omniũ Minimus, sanctissimis eiusdẽ Sacræ Congregationis legibus obsequens, Arabicam linguam duarum mundi partium Dominam, quamuis satis arduam, ob nimiam vocum copiam, affatuque nostris perdifficilem propter stridentia, anhelantiaque eius verba ab ima gutturi sede erumpentia, publicè tamen legi, difficilioresque eorum libros Diuina præstante gratia, interpretatus sum: Inter quos, licet quantitate paruus, maximus tamen vtilitate, librum hunc Agrumia appellatum, qui de prima orationis parte, nempè Nomine, quoad Declinationem præcipuè inscribitur: quamuis & simul de Verbo secunda, & de Particula eiusdem tertia quoad inflexum, casuumque regimen luculenter tractet, latina interpretatione donare, breuique commentario in communem commodum exponere, atque exornare curaui. Tibique Eminentissime Domine tanquam Patri optimo, ac Collegij huius Visitatori, Fautori, Protectorique peruigili, immo & nostrarum Orientalium missionum Patrono,

trono, Rectori, ac Defensori strenuo, omni iure debitum, offerre, dicare, & consecrare non dubitaui. Tu autem Cardinalis Amplissime, qui pari generis nobilitate, ac virtutis præstantia ornatus es, læto, quo semper cuncta ad Dei gloriam, & fidei propagandæ incrementum peracta, excipis animo, libellum hunc quoque ad id præcipue destinatum, suscipere non dedignaberis. Ex Collegio linguarũ Orientalium Sancti Petri Montis aurei Die 26. Aprilis. 1631.

BENEVOLO
Lectori.

GRammaticam hanc breuem, quam Agrumiam, vel Gerumiam vocant Arabes; non latinitate tantum donare, sed breui quoque Commentario in studiorum commodum illustrare volui: tum quia vsitatissima, ac familiarissima cunctis Arabum scholis, est: tum quia vt breuissima, ac elegantissima, ipsis etiam philomusis Arabicis grata semper extitit. Quam quidem, dum vasta me tenerent Orientis spatia, viua, vt aiunt voce, à peritissimis huius idiomatis Præceptoribus, iuxta verum ipsius sensum, multoties audiui, ac assiduo studio hausi. Eamque nunc summa diligentia puram, nitidamque à quamplurimis manuscriptis codicibus extrahere, ac genuinam ipsius interpretationem à multis quoque doctissimis eius expositoribus exceptam, in lucem edere, ac publicæ vtilitati tradere, curaui. Certo sciens, omnibus tam Religiosis, quam secularibus, huius idiomatis studiosis, Orientalium Christianorum salutem, ac Mohammedanorum conuersionem sollicitantibus, non minus vtilem, quam necessariam fore. Faxit ergo Deus, vt sicut messis est multa, operarij quoque (qui nunc pauci sunt) augeantur in dies, ac multorum corda fidelium in huiusmodi studia, Dei zelo accendantur: Optatissimam namque gentium plenitudinem, quam Apostolus in sanctam Ecclesiam prædixit intraturam, diebus nostris fæliciter cæptam, ingenti omnium gaudio videremus quoq. impletam,

At quia, nec mirum, nec nouum est sæpe Typographos errare, librosque typis mandatos, mendis quamplurimis scatere, his profecto, qui varijs, & extraneis characterum generibus, diuersificantur, hoc maximè, accidere videmus Quare cum nostræ, huic nouæ Agrumiæ editioni, sæpissime ratione sensus, & rei intelligendæ, Arabici, ac latini characteres varientur, te monitum volumus, hoc in opere breui,

non

non paucos obrepsisse errores; tum nouitate typi non dum probati, tum quia valde difficile & laboriosum est, Arabicos codices, suis notatos punctis, & apicibus, sine aliquo errore imprimere. Quocirca, si quid inter legendum, tibi dissonum occurrerit, ad errorum vtriusque idiomatis seriem, hic infra subiectam, recurrere, ne graueris. Vale, beneuole lector, & exiguo hoc mei laboris opusculo, quod **linguæ Arabicæ amatoribus fructiferum precor, fruere.**

INDEX CAPITVM.

DE Oratione, partibus eius, signisque illarum. 3.
Caput Declinationis, & partium eius. 24.
Caput Cognitionis signorum declinationis. 32.
Sectio, seu quorundam prius dictorum epilogus, repetitioue. 57.
Caput Verborum. 66.
Caput Rafaatorum nominum. 82.
Caput Agentis. 85.
Caput Patientis, cuius nõ est nominatũ Agens. 90
Caput Incæpti, & Nuncij. 96.
Caput agentium casus ingredientium Incæptum, & nuncium. 105.
Caput Appositi. 128.
Caput Coniunctionis. 154.
Caput Corroborationis. 169.
Caput Permutationis seu substitutionis. 177.
Caput Nasbatorum nominum, 182.
Caput Patientis in quo. 187.
Caput Infinitiui. 197.
Caput Circumstantiæ temporis, ac loci. 201.
Caput status. 215.
Caput Determinationis. 224.
Caput Exceptionis. 232.
Caput Non est. 244.
Caput Vocati. 250.
Caput Patientis gratia cuius. 264.
Caput Patientis cum quo. 269.
Caput Chafdhatorum nominum. 275.

INDEX.

ABscissio quid. pag. 260.
Actio duplex realis, & intelligibilis. 189.
Actio gratia cuius, quæ. 266.
Aduerbia quæ. 11.
Adunatum grammaticale quid. 6.
Agens describitur, eiusque conditiones tanguntur. 86.
Agens duplex manifestum, & subintellectum, & quid vtrumque. 87.
Agens subintellectum duplex. 88.
Agentia, alia expressa, aliaque intellecta. 26.
Agentia quædam sensiflua, & quædam prolatiua. 108.
Agentis indicia quot. 88.
Agnomen quid. 147.
Aleph est signum Rafæ in duali. 38.
Aleph in quot sit Nasbæ signum. 42.
Annexio fit tripliciter. 281.
Annexum quid. 277.
Appositum quid. 129.
Appositum aliud causale, aliudque reale. 131. 136.
Appositum concordat cum suo supposito. 129.
Appositum est quadruplex, quodlibetque duplex. 130.
Appositum in quibus conueniat cum suo supposito. 132.
Appositum in quibus coincidat cum Incepto. 131.
Appositum causale quomodo cohæreat cum proprio supposito. 136.
Appositum causale quandoque licet non voce, re tamen dissentit cum supposito. 141.
Articulus in dictionis principio affigitur. 16.
Articulus ad quid. 17.
Articulus quandoque præponitur verbo. 18.
Author satisfacit tacitæ obiectioni. 273.

BAssara est Ciuitas non multum distans à Babylone. 13.
Bassarenses & Cufenses non conueniunt in appellatione Casdha. ibid.

Bassa-

Bassarenses, & Cusenses contendunt de generalitate. 176.
Bassarenses & Cusenses dissentiunt circa hanc vocem لا. 195.
Bassarēses, & Cusenses disputāt quo nomine appellari debeant exigent ia tertium casum. 277.

CAsdha tri plici modo contingit fieri. 13.
Casdha duo habet, & que. 19.
Casdha quid importet. 31.
Casdha nomini appropriatur. ibid.
Casdh ta sunt tria. 276.
Casdhatum definitur. 277.
Casus quot apud Arabes, & qui. 65.
Circumstantia temporis quid, 202.
Circumstantia temporis determinata quare dicatur. 208.
Circumstantia loci quid. 202.
Circumstantia loci alia determinata aliaque indeterminata, & quid vtraque. 209.
Circumstantia loci indeterminata est multiplex, & que qualibet. 202.
Circumstantiæ temporis quotuplices, & que. ibid.
Circumstantiæ loci, an, & que sint declinabiles. 213.
Cognomen quid; 141.
Colligatum quale. 6.
Complexum duplex; & quid vtrumque. 5.
Complexum relatiuum quale. 6.
Connexio duplex. 155.
Cōnexio manifestationis quid. ibid.
Connexio manifestationis aliquas requirit conditiones. 156.
Connexio compositionis quid, & quotuplex; 157.
Corroborans duplex prolatile, & sensiftuum; eorumque defintio. 170.
Corrobrans sensistuum duplex. 171.
Corroborans respicit aliqua non posita ab Authore in textu. 172.
Corroborantia ordinem habent, & quomodo. 175.
Cras quale nam temporis spatium dicat. 205.
Cusæ Ciuitas modo diruta iacet. 13.

De

DEclinabilia literis, vel motionibus declinantur. 58.
Declinabilia per motiones sunt quatuor, & quæ. 59.
Declinabilia motionibus per dhammă rafaantur, nasbantur per fatham, chafdhătur per Kesram, & geZmantur per soKum, quibusdam exceptis. 60.
Declinabilium species sunt octo. 59.
Declinabilium literis sunt quatuor species, & quæ. 63.
Declinabilium signa, quæ, & quot. 64.
Declinatio definitur. 24.
Declinatio quibus fiat 25.
Declinatio quinque in oratione facit. 29.
Declinationis vox quid dicat iuxta vulgarem sensum. 25.
Declinationis vox diuersa significat, si diuersimode scribatur. ibid.
Declinationis partes, seu casus quatuor sunt & quæ, 30.
Determinantia quo casu collocari valent. 229.
Determinatio definitur. 224.
Determinatio, & modus differunt. 225.
Determinatio duplex, scilicet orationis, & simplicis dictionis, & vtraque partitur. ibid.
Dhamma est signum nominatiui quatuor in locis. 33.
Dictio simplex triplici exprimitur voce. 4.
Dictionis plurale integrum, quale. ibid.
Diei spatium quantum. 204.
Diluculum quid. ibid.
Duale vt fiat quid requiritur. 39.
Duale duplex. ibid.

EFfectus duplex, scilicet manifestus prolatione, & subintellectus sensu. 271
Excepti coniuncti def. 234.
Exceptionis particulæ sunt octo. 233.
Exceptionis diuisio, & descriptio non ponitur in tex. 234.
Exceptionis particulæ octo, an sint vere tales omnes. 237.
Exceptum duplex coniunctum, & disiunctum. 234.
Exceptum, exceptio, & conumeratum differunt. ibid.
Exceptum disiunctum quid. 236.

Fatha est signum Nasbæ tribus in locis, & quomodo. 41
Fatha Casdæ signum ponitur in nominibus irreuolubilibus. 48.

GEzma quid. 31.
Gezma verbo appropriatur. ibid.
Gezmantia verbum modhareum sunt decem, & octo. 77
Gezmantia quędam vnum tantum verbum gezmant, quędam verò duo simul. 78.
Gezmæ duo sunt signa, puta quies, & subtractio. 54.
Giarratum definitur 277.
Girarratum quomodo diuiditur ab Authore Caphiæ. 285.

IE duobus in locis est signum Nasbæ. 43.
Ie quibus in locis sit Casdhæ signum. 45.
Incepti conditiones. 98.
Inceptum quid. ibid.
Inceptum quare sic dicitur. ibid.
Inceptum in oratione, vel est expressum, vel interpretatum. ibid.
Inceptum an post poni possit vbi, & quando. 99.
Inceptum quando nunquam postponi potest. 100.
Inceptum duplex, manifestum, & immanifestum. 101.
Inceptum immanifestum multiplex. ibid.
Infinitiui variæ descriptiones. 198.
Infinitiui nomen dicit puram actionem. 199.
Infinitiuum vbi Arabes collocent. ibid.
Infinitiuum duplex, prolatile, & sensibiluum. 200.
Infinitiuum quibus deseruiat. 199.
Interiectiones quæ. 11.
Irreuolubilia quomodo reuolubilia fieri queant. 53.
Irreuolubilium species sunt vndecim, & quæ 50.

KEsra est signum Nasbæ in plurali fœminino. 43.
Kesra est signum Casdhæ tribus in locis. 45.

Liber

Liber iste quid praestet. 25.
Litera diuiditur in literam cõbinationis, & significationis. 10.
Literae quibus delelinabilia decliuantur quae, & quot. 59.
Literae iuramenti quotuplices. 279.
Loci positiones quo appellant nomine Arabes. 212.
Locutiones dormientium, ebriorum, auiumue, an sint orationes. 7.

Mane, quid importet. 205.
Mixtum grammaticale quid. 6.

Nasba quid dicat eiusque signum. 31.
Nasba indifferenter nomini, verboque competit. ibid.
Nasbans quid quidue nasbatum dicatur. 43.
Nasbantia sunt decem, quae & quomodo. 69.
Nasbatum definitur. 183.
Nasbata sunt quindecim. ibid.
Nasbae quinque sunt signa. 40.
Noctis duratio qualis. 204.
Nomen definitur. 9.
Nomen per tria cognoscitur. 12.
Nomen reuolubile, quid. 46.
Nomen duplex spetiale, & generale, quidque generale. 129.
Nomen spetiale quid, & quotuplex. 143.
Nomen immanifestum apud Arabes, quid apud nos. ibid.
Nomen proprium quid. 144.
Nomen proprium diuiditur, & quid vtrũque membrum assignatur. 147.
Nomen specificum duplex. 150.
Nomen specificatum per articulum ال quid. 151.
Nomen generale quibus fit spetiale. ibid.
Nomen generale, seu appellatiuum quid secundum Authore ȝ. 152
Nomen generale alij aliter describunt. 153.

Nomen loci determinati particulam فى postulat. 313.

Nomina propria in singulari non recipiunt articulum. 88.
Nomina duo inter spetialia omisit Author, annūerāda, & quæ 152.
Nomina regimen inducentia sunt in duplici differentia. 282.
Nomini duo conueniunt signa ab Authore relicta. 18.
Nominis proprij duæ sunt species. 145.
Nominum irreuolubilium multæ sunt species. 50.
Nun in quibus sit signum Rafe. 39.
Nuntij antepositio licet octo verbis deficientibus. 116.
Nuntium quare tali appellatur nomine. 98.
Nuntium duplex aliud nominale, aliud verbale. 100.
Nuntium est pars completiua orationis. 101.
Nuntium aliud simplex aliud compositum. 102.
Nuntium compositum seu complexum quotuplex. ibid.

ORatio quid. 3.
Oratio duplex, alia perfecta, aliaque imperfecta. 4.
Oratio vtilis apud Arabes quæ. 6.
Oratio perfecta quatuor requirit. 8.
Oratio negatiua, & perfecta quæ. 238.
Oratio defectiua qualis nam? 241.
Orationes sunt in multiplici differentia. 74.
Orationis nomen duplicem habet sensum. 3.
Orationis vox vnde deriuatur. 4.
Orationis genus duplici pollet significatione. ibid.
Orationis partes sunt Nomen, Verbum, & Particula. 8.
Orientales nominibus primogenitorum, cum patris, ac matris vocum appositione appellantur. 147.

PArticipium Arabes sub verbo comprehendunt. 8.
Participium quid. 10.
Particula, signa nominis vel verbi non admittit. 23.
Particula definitur. 11.
Particula negatiua لا quid negat. 245.
Particula negatiua لا si cadit supra nomen generis conditiones exigit. ibid.
Particula لا tripliciter in oratione accidit. 246.
Particula quibus construi valet secundum Authorem Caphiæ. 249.
Par-

Particulæ coniunctionis sunt decem. 154.
Particulæ مذ & منذ *dupliciter vsurpari possunt*. 279.
Pasiui forma ex quibus expectanda. 192.
Patiens quid, quæue eius conditiones. 91.
Patiens, an Agentis vicem gerere queat. 92.
Patiens quo tuplex. 93.
Patiens quandoque nomini tantum, quandoque nomini, & verbo simul præponitur. 116.
Patiens in quo, quomodo definitur. 188.
Patiens in quo est duplex. 189.
Patiens in quo manifestum, definitur. ibid.
Patiens in quo insinuatum sub pronomine, est duplex; quidque tam hoc quam illud. 191.
Patiens in quo insinuatum coniunctum (veluti disiunctum) est amultiplex. ibid.
Patiens gratia cuius alio etiam dicitur nomine. 265.
Patiens gratia cuius quid. ibid.
Patiens gratia cuius, vt nasbari possit quid postulat. 267.
Patientis cum quo duplex habetur definitio. 270.
Plurale apud Arabes est duplex. 33
Plurale integrum quid, quidque variatum. ibid.
Plurale variatum multis fit modis. 34.
Præpositio ubi tertia orationis parte ponitur. 8.
Præpositio sque. 11.
Pronomen sub nomine continetur. 8
Pronomen occultum quid. ibid
Pronomen indeterminatum quid. ibid.
Pronomeu personale definitur. 143.
Pronominis demonstratiui assignatur descriptio. 149.

Q*Vies est signum Gezme, sed vbi, ostenditur*. 55.

R*Afaa quid, cuius signum principale, ac quibus appropriatur*. 31.
Rafaa Aleph habet pro signo, sed in duali tantum. 38.

Rasaata sunt septem . 82.
Rasæ quatuor sunt signa, & quæ. 32.
Relatiuum seu adiunctum def. 149.
Reuolubilia nomina quæ. 46.
Reuolubilitas à quibus impeditur. 49.
Reuolubilitatem impedientia sunt nouem. 48.

SEcundum agentium casus, quot & quas complectitur particulas. 117.
Signis tribus principalibus casuum, tres correspondent literæ. 37.
Status quid. 217.
Status conditiones quot. ibid.
Status de quibus dicitur. 220.
Status modi sunt multi. 222.
Substitutio quadruplex. 179.
Substitutio fit etiam à speciali ad generale. 181.
Substitutum quid. 178.
Substitutum in quibus sequitur id pro quo substituitur. ibid.
Subtractio Nun est signum Nasba. 44.
Subtractio literæ vbi signum Gezme. 55.

TAnuin definitur, ac eius definitio explicatur. 14.
Tanuin in fine dictionis collocatur. ibid.
Tanuin quandoque silet. ibid.
Tanuin quatuor sunt species. ibid.
Tanuin pro quibus aliquando stat. 15.
Tanuin quinta species assignatur. 16.
Temporis circumstantia quid. 202.

VAriatio orationis, alia actualis, aliaque potentialis. 26.
Variatio tam actualis quam potentialis quibus contingat. 27.
Vau est signum Rafæ duobus in locis. 36.
Verba deficientia, quot. 109.
Verba deficientia quid agant in oratione. 117.
Verba cordium quæ. 121.
Verba

Verba sunt duplicia. ibid.
Verba cordium quæ, & in quot diuidantur partes. 122.
Verba cordium respiciunt aliqua hic non obseruata. 124.
Verba tria nasbantia, quæ. ibid.
Verbi partes sunt tres. 9.
Verbi primum signum vbi ei competit. 20.
Verbi secundum, & tertium signum, quid agant. 21.
Verbi signa alia ab his hic positis, quidam assignant. 22.
Verborum actus quadrupliciter transeunt in passum. 121.
Verbum quomodo definitur. 10.
Verbum cognoscitur per signa sua, & quæ. 20.
Verbum est triplex. 67.
Verbum modhareum in quibus nomini assimiletur. 68.
Verbum modhareum quibus more nominum inflectitur. ibid.
Verbum perfectum quid postulet. 109.
Verbum imperfectum quid. 108.
Verbum كان duos habet sensus. 109.
Verbum كان quando perfectum quandoque imperfectum. ibid.
Verbum كان & ليس opponuntur. 112.
Verbum ليس tantum præterito pollet. 113.
Verbum ليس quid, & vbi neget, disceptatio, ibid.
Vesper est vltima pars diei. 206.
Vocati conditiones. 260.
Vocationis particula à quibus subtrahi nequeat, quibusque, & vbi possit. 259.
Vocato an possit competere subtractio particulæ vocationis. 257.
Vocatum quotuplex. 250.
Vocatum an peculiarem habeat casum apud Arabes. 251.
Vocatum definitur. ibid.

Vocatum definitur. ibid.
Vocatum multipliciter construi valet. 253.
Vocatum per articulum specificatum nominatiuum exigit. 255.
Vocatum, le affixum mulis modis construitur, 256.
Vocatum quando complexum quid agendum. 261.
Vocatum abscißum quid nam exigat. 263.



Correctio.	Errata	
إِثْنَانِ	أَثّْنَانِ	6
المُفِيدُ	المُفِيدُ	6
الأَفْرَنْجِيَّةُ	الآفْرَنْجِيَّةُ	8
& alibi ſæpe.		
دُالَّةٌ	دُأَلَّةٌ	9
نَفْسِهَا	نَفْسِهِ	9
غَيْرِ	عَيْرٍ	9
فَعْلٌ	فِعْلٌ	9
نَفْسِهَا	نَفْسِهِ	10
ſchola	ſcola	13
جُبَيْدِ	جُبَّيْدِ	16
الجِذْعِ	الجُذَّعِ	18
سُوقِ	سُوقِ	20
لَنّ	لِنّ	22
oſtenderit	oſtenderim	24
quoque	quoue	27
الرَّجُلُ	الرَّجُلُ	31
فَأَمَّا	فَأَمَّا	32
هِنْدَاتٌ	هِنْدَاتٌ	33
الشَّرْحُ	الشَّرْحُ	36
جُمَعٌ	جُمَعٌ	38
الحَاطِبَةِ	الحَاطِبَةِ	38
cum	cim	38
كِلْتَاهُمَا	كِلْتَاهُمَا	39
جُمَعٌ	جُمَعٌ	42
بِثُبَاتٍ	بِتَبَّاتٍ	42
erit	eeit	45
BaalabaKKa	BaablaKKa	49
ثَلَاثٌ	ثَلَاثٌ	52
أَلِفٌ	أَلِفٌ	52
المَقْصُورَةُ	المَقْصُورَةُ	52
المُعْتَلِّ	المُعْتَلِّ	54
الافْعَالِ	الافْعَلِ	54

Correctio.	Errata.	
رَفْعُهَا	رَفْعُهَا	54
أَنْوَاع	أَنْوَاع	57
تَنَاسَوْا	تَنَاسُوا	62
الأَفْعَالِ	الأَفْعَلِ	66
يَضْرِبُ	يُضْرِبُ	66
المُضَارِعُ	المُضَرِعُ	68
فَادْخُلْ	فَادْخُلِي	74
تَخَاصُمٌ	تَخَاصُمْ	74
لِلنَّهْيِ	لِلنَّمِّيّ	74
لِلنَّفْيِ	لِلنَّفْيِ	75
لِلتَّرَجِّي	لِلتَّرَجِّي	75
لَأَقْتُلَنَّ	لَأَقْتُلَنَّ	76
potentia	pronomina	79
أَنَّى	أَنَّى	81

Correctio	Errata	
التَّوْكِيدُ	التَّوْكِيدُ	82
فَالطَّاهِرُ	فَالطُّهْرُ	90
ieiunatu est	ieiunādū est	93
نَحْنُ	نَحْنُ	96
جَارِيَتُهُ	جَارِيَتُهُ	97
كَانَ	كَانَ	106
يَمْشِي	يَمْشِي	110
ظَلَّ	ظَلَّ	111
زَيْدٌ	زَيْدٌ	144 & 111
falſum eſt	factum eſt	112
pſeuerabimꝰ	pſeueramꝰ	115
ſed	&	119
عَلَى	عَلَّى	120
أَبَوَاهُمَا	أَبُوَاهُمَا	137
Dorcadis	Doreadis	145
Deriuatur	Deriuat	145
hic,& alibi ſæpe		
أُصْمُتْ	أَصْمَتْ	146

Correctio	Errata	
المعرقُ	المعرقِ	151 & 150
المقصودةُ	المقصودةِ	152
هُوَ آسمٌ	هُوَ أَسمٌ	155
يتوسّطُ	يتوسّطُ	157
cæterorum	cæterum	164
السَّمَكَةُ	السَّمَكَةَ	164
أَكرمَهُ	أَكرمَهُ	165
يَخرُجُ	يَخرِجُ	168
البَدَلُ	البَدَلِ	178
أَشياءَ	أَشيآءِ	182
عَلَيْهِ	عَلَيْهِ	183
manifeſtũ,& ſub ꝓnom.		188
الهذين	الهذين	190
يَحيى	يَحيى	197
لِمَنْ	لِمَنْ	203
temporis	textus	204
أَكلِمُكَ	أَكلَمُكَ	205
Quis	Quid	208
صُمْتُ	صَمَتَ	208
جَلَسْتُ	حَلَسْتُ	211
عَبْدُ اللهِ	عَنْدَ اللهِ	215
جِئْتَ	جِئْتُ	218
corruentem	currentē	220
البَغْلِ	البَعْلِ	222
التَّمْرِ	الثَّمْرِ	223
غُلاَمًا	عُلاَمًا	224
طَابَتْ	طَامَتْ	227
طَيِّبَةً	طَيِّبَةً	227
مُدَوَّانٍ	مُدَوَّانٍ	228
خَرَجَ	حَرَجَ	232


Correctio	Errata	
الْعَوامِل	الْعُومِل	232
عير	غير	233
المحرج	المجرح	234
نصعه	نضيعة	235
extractum	exactum	236
حمارا	حمارا	237
حكم	جكم	237
introductione,	intoduct.	237
رجل	رجلا	244
رجل	رجلى	244
الحاضر	جاضر	245
præſens	præ-	246
يبدى	يبدى	249
غبرا	غبرا	250
أرض	أرمى	252
غلام	علام	253

Correctio	Errata	
امنا	أمنا	258
تعال	تعل	262
المفعول	المفعول	264
جننا	جبنا	265
effectus	affectus	271. *bis*
p̃determinaſt.	p̃deſtinaſt.	273
Poſt, ſequens chaſdarum, *deeſt* iterum chaſdatū		276
Et poſt, quod chaſdatur *deeſt vox* per		276
لقيته	لقيته	278
بلد	نبلد	279
مدمد	مدمد	279
الفقه	الفقة	282
anittunt	admittunt	282
سى	سى	284
جلست	جلست	284
Expoſitionib.	Expoſitor.	286

PRIMAE PARTIS CONTEXTVS ARABVM GRAMMATICES.

Qui de Nominis declinatione præcipuè inſcribitur, Agrumia nuncupatus, cum Verſione Latina, ac breui Commentario Adm. R P. Fr. Thomæ Obicini Theologi Minoritæ, ex oppido Nonij diœceſis Nouariæ, olim Ieroſolymorum Guardiani, ac totius Orientis Apoſtolici Commiſſarij; nunc verò de mandato Sacræ Congregationis Fidei Propagandę, in Conuentu S. Petri Montis Aurei, Linguarum Orientalium Magiſtri.





De Oratione.

Quid ſit, & quot partes eius.

المتن Arabicus Textus العربى

الكلام هو اللفظ المركب المفيد بالوضع

الترجمة Latina interpretatio. الافرنجية

Oratio eſt quædam vox compoſita, vtilis per impoſitionem.

الشرح Thomea expoſitio. الدوماوى

HAEC Orationis definitio, genere, differentijſque conſtans, & ſi in huius libri exordio, Tyronibus fortaſſe difficilis appareat: plana tamen fiet, ſi, quæ in eius expoſitione traduntur, diligenter obſeruarint. Eruditi enim Arabes, communiter ſuarum orationum vocibus duplicem ſenſum aſſignant, Vulgarem, ſcilicet, quem لغوى dicũt, & Doctrinalem, ſeu accommodatum ad doctrinæ vſum, quem اصطلاحى appellant. Iuxta primum igitur, quicquid inter loquendum venit, ſiue nomen illud ſit, ſiue verbum, ſiue particula, aut vna tantum litera prolata, dicitur الكلام. Sed iuxta ſecundum id tantum eſt, quod Auctor in Textu, præfatus eſt.

Hæc autem vox, communiter a suo genere deriuari putatur, nempe à كَلْم vulnere, quasi audientium animis incussa, instar vulneris, suæ significationis cicatricem, in mente relinquat impressam: Et ipsum كَلَامٌ multoties pro oratione imperfecta vsurpatur, vt hæc إِنْ قَامَ زَيْدٌ si steterit Zæidus. Sicut اَلْكَلَامُ pro perfecta, vt قَامَ زَيْدٌ stetit Zæidus, vel زَيْدٌ قَائِمٌ Zæidus est stans, communi sententia acceptum.

Dictio vero simplex, est اَلْكَلِمَةُ, vel اَلْكِلْمَةُ, vel اَلْكَلْمَةُ triplicis quidem formæ, quarum prima elegantior, vsitatiorq. est, cuius ة singularitatis, siue rei vnius est signum: eiusque plurale integrum, est اَلْكَلِمَاتُ Verba, seu Dictiones.

Porro اَللَّفْظُ si accipiatur فِي اللُّغَةِ scilicet vernacula lingua in primo sensu, fari, proferre, & proijcere significat: vt iuxta illud vulgare adagium, أَكَلْتُ التَّمْرَةَ وَلَفَظْتُ النَّوَاةَ أَيْ رَمَيْتُهَا Comedi fructum, & protuli nucleum, idest, proieci eum: Sed si فِي الْاِصْطِلَاحِ nimirum in sensu ad doctrinam accommodato, intelligatur, vocem ex aliquibus Alphabeti literis collectam adsignificat, vtpote hæc vox زَيْدٌ Zæidus, nomen

nomen proprium viri, ex ز, & ى, & د integrata, quo quidem sensu, in præsenti accipitur, vox seu locutio interpretatur, ac genus constituitur, vel loco generis in oratione habetur.

Præterea, per ipsam quoque quatuor اَلدَّوَالّ nempè significantia, eisque similia, ab oratione segregantur, tanquam non vocalia, vt اَلْخُطُوط vel اَلْكِتَابَة dictiones scriptæ. & اَلْعُقُود idest, locutiones per manuum nodos expressæ: est modus loquendi negotiatorum Mecchæ. & اَلْإِشَارَة idest, signum, atque nutus: & اَلنُّصُب idest, statua, imago, quæ quidem significant, sed quia non لَفْظًا vocaliter, ideo ab oratione excidunt.

اَلْمُرَكَّب iuxta sensum doctrinalem, id quod, vel ex duobus nominibus, vel ex verbo, & nomine compositum est, vt زَيْدٌ قَائِمٌ Zæidus est stans, diciturque apud Arabes جُمْلَة اِسْمِيَّة idest summa, seu complexum nominale, quia per nomen incipit. & جَاءَ زَيْدٌ venit Zæidus جُمْلَة فِعْلِيَّة verbale appellatur, quia per verbum oratio sumit exordium. Per hanc differentiam, primam particulæ simplices, vt عَلَى super, & مِن ex: & incomple-

xa omnia, vt زَيْدٌ Zæidus, & جَاءَ venit: & numeri, vt وَاحِدٌ vnus, اِثْنَانِ duo, &c. ab oratione omninò excluduntur, quia composita non sunt, ad sensum dictum.

اَلْمُفِيدُ sensiflua, nam iuxta præfatum intellectum, vtilis ea dicitur oratio apud Arabes, quæ, prolata dum fuerit, tam perfectum de se audientis animo ingerit sensum, vt proinde silentio facto, non sinat eum vltra de se quærere: vt زَيْدٌ قَائِمٌ Zæidus est stans, vel stat. Et per hanc secundam differentiam, composita quædam inutilia ab oratione similiter excluduntur, videlicet, Complexum relatiuum, vt عَبْدُ اللّٰهِ Seruus Dei, nomen proprium: & غُلَامُ زَيْدٍ seruus Zæidi.

Secundò mixtum, vt بَعْلَبَكُّ Ciuitas Syriæ, à بَعْلٌ Idolo, & بَكٌّ pertimescente, seu Monaco dicta.

Tertiò colligatum, vt اَلْحَيَوَانُ اَلنَّاطِقُ Animal rationale.

Quartò imperfectum, vt إِنْ قَامَ زَيْدٌ si surrexerit Zæidus.

Quintò adunatum, vt خَمْسَةَ عَشَرَ quindecim.

Sextò

Sextò notum ex se, vt اَلسَّمَاءُ فَوْقَنَا Cælum supra nos est.

Et his similia quæ complexa quidem sunt: sed quia adhæsione, seu connexione carent, & inutilia dicuntur, & orationem minime constituuut, quæ in sola adhæsione vnius ad alterum, vt زَيْدٌ عَاقِلٌ Zæidus est intelligens: vel verbi ad nomen, vt قَامَ زَيْدٌ surrexit Zæidus: consistit, & à qua hanc suam trahit vtilitatem, ac perfectionem.

بِالْوَضْعِ per impositionem, iuxta sensum dictum, explicant expositores بِالْقَصْدِ idest per intentionem: quia non solum primi liguæ Arabicæ Institutores, qui vocibus vim, modumque significandi imposuerunt, hqc cum intentione faciebant, nempè vt res signatas per vocum signa, intentas colloquentium animis exhiberent: verum qui hodie loquuntur, nisi suis prolatis vocibus, eas res significandi intentio accesserit, quas significare illis impositum est, vana profectò, & prorsus inutilis audienti talis oratio foret.


Propterea per hanc vltimam differeutiam, tam dormientium ebriorumque, quàm auium quorundam locutiones ab oratione excluduntur, quia præter intentionem fiunt.

Item voces vanæ, quæ اَلْمُهْمَلَاتُ dicuntur, vt دِيزٌ & دِيزٌ quæ, sicut apud nos buf, & baf, nihil significant, quia nulla sibi impositio facta est.

Similiter voces naturales, vt gemitus infirmorum, infantium vagitus, & latratus canum, quia non per impo-

ſitionem, & libitum imponentis, ſed naturaliter tantum ſignificant.

His igitur terminis declaratis, remanet & ipſum definitum, nempe oratio quid ſit ad plenum explicata, nimirum quatuor enumeratas perfectæ orationis partes habere, vt hæc oratio زيد قائم Zaidus eſt ſtans, eſt vox quædam compoſita, ſenſiflua per impoſitionem, ad intellectum iam dictum. Hæc de orationis definitione.



المتن | Arabicus Textus. | العربي

وأقسامه ثلاثة اسم وفعل وحرف جاء لمعنى

الترجمة | Latina interpretatio. | الافرنجية

Et partes eius ſunt tres, Nomen, & Verbum, & particula conſignificatiua.

الشرح | Thomca expoſitio. | التوماوي

Definita oratione, quot ſint eius partes, breui diuiſione perſtringit, dum ait, Partes eius tres ſunt: Nomen, ſub quo pronomen: & Verbum, ſub quo Participium: & particula conſignificatiua, ſub qua Præpoſitionem, Coniunctionem, Interiectionem aliquam, & Aduerbium

bium nonnullum, tanquam membra sub eis compræhensa, intelligit.

Porrò اسم nomen est, vt زيد Zæidus, رجل vir, & فرس equus. Quod quidem communiter sic definitur. الاسم هو كلمة دالة على معنى في نفسه غير مقترن باحد الازمنة الثلاثة Nomen est dictio indicans significatum per se, non iunctum cum aliquo trium temporum: idest, significat rem nominatam ex se, non cum alio, sicut particula: nec cum tempore aliquo ex tribus, scilicet, præterito, præsenti, & futuro, sicut verbum.

At Pronomen, quod duplici appellatur vocabulo, scilicet, مضمر occultũ, quod videlicet proprio occultato nomine, pro eo in oratione substituitur, vt انا ego, انت tu, هو ipse, ذلك ille, &c. Et مبهم incertum, seu indeterminatum, quia cuique tribui, aut applicari potest, vt هذا hic, هذه hæc, & hoc, هؤلاء hi, & hæ, &c.

فعل cum Kesra quidem Verbum dicitur, sed cum fatha فعل est operatio; cuius partes sunt tres, scilicet, ماض præteritum, vt ضرب verberauit, & præ-

مُضَارِع præſens, & futurum, vt يَضْرِبُ verberat, ſiue verberabit, & أَمْر Imperatiuum, vt اِضْرِبْ verbera: cuius quidem definitio talis eſt.

أَلْفِعْلُ هُوَ كَلِمَةٌ دَالَّةٌ عَلَى مَعْنًى فِي نَفْسِهِ مُقْتَرِنٍ بِأَحَدِ ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلثَّلَاثَةِ Verbum eſt dictio indicans ſignificatum per ſe, iunctum cum aliquo trium temporum, cuius exempla ſupra patent.

At Participium, vel eſt iuxta formam فَاعِل actiuæ ſignificationis, vt عَالِم ſciens, vel مَفْعُول paſſiuæ, vt مَعْلُوم ſcitum, vel فَعِيل ſiue فَعُول vtriuſque ſimul, vt شَهِير notus, صَبُور patiens, aut actiuæ tantum, ſed excellentiæ iuxta فَعَّال vt صَنَّام ſculptor excelllens.

حَرْف litera, quam libuit particulam interpretari, nam illa apud Arabes diuiditur in literam ٱلْهِجَاء combinationis, ſeu alphabeti, quæ eſt tantum integralis pars dictionis, vt ا, & ب vſque ad ى: & in literam ٱلْمَعْنَى ſignificationis, quæ eſt dictio ex ijs integrata, vt مِنْ ex,

&

& إِلَى ad, quandoque litera ſimplex, vt كَ ſicut, & وَ per: quæ propterea ad diſtinctionem alterius dicta eſt conſignificatiua, quia etſi nihil ex ſe ſignificet, alteri tamen dictioni iuncta conſignificat, vt مِنَ ٱلْبَيْتِ ex domo, & كَٱلْأَسَدِ ſicut leo, &c. Et hæc eſt, quæ tertiam orationis partem conſtituit, & quatuor reliquas ſub ſe continet, vt ſupra dictum eſt. Quæ ſic etiam definitur. اَلْحَرْفُ هُوَ مَا دَلَّ عَلَى مَعْنًى فِي غَيْرِهِ Litera, ſeu particula eſt id quod ſignificat ſignificatum cum alio.

At Præpoſitio eſt, vt مِنْ ex, إِلَى ad, عَنْ de, عَلَى ſuper, فِي in, &c.


Coniunctio verò, vt وَ, & فَ idem; ثُمَّ item, حَتَّى vt, أَوْ aut, إِمَّا vel, بَلْ immo, &c.

Interiectio quoque, vt يَا ô, & وَيْ päpæ, & صَهْ ſt, ideſt, tace: admirationis, وَيْلٌ veh, & نِعْمَ euge, &c. ſub Nomine continentur.

Aduerbium tandem, vt إِنَّ ſanè, & أَنَّ quod, vtique, إِذَنْ age, ſiue إِذًا bene, & كَأَنَّ quaſi, &

ſimul,

مَعًا simul, &c. Hæc de tribus, siue de octo orationum partibus innuimus.



العَرَبِي　　Arabicus textus.　　المَتْنُ

فَالْاِسْمُ يُعْرَفُ بِالْخَفْضِ وَالتَّنْوِينِ وَدُخُولِ الْأَلِفِ وَاللَّامِ ۞

الافرنجية　　Latina interpretatio.　　الترجمة

Nomen autem cognoscitur per casum chaphdæ, & nunnationem, & præfixionem articuli ال.

التوماوي　　Thomea expositio.　　الشرح

NOmen, inquam, supra diuisum, cognoscitur distinctum à verbo, & particula per tria, per casum tertium, nempè chafdam, & per tanuin, idest, nunnationem, & ingressum articuli ال. Ordo iste præposterus est.

Nomen enim cognoscitur primò per articulum ال, sibi præfixum, vt الكِتَابُ liber, vulgò, il libro.

Secundò, vbi articulus deest, per tanuin, vt كِتَابٌ liber.

Tertiò

Tertiò vbi articulus non eſt, neque tanuin, per chafdham, ſeu giarrum, quod idem eſt, dignoſcitur, vt كتاب زيد liber Zæidi, vbi كتاب neque articulum habet, neque tanuin, tamen regit giarrum, ſiue genitiuum, ideo cognoſcitur eſſe nomen.

الخفض De huius appellatione ſigni, ſeu caſus inſignis olim fuit apud Arabes controuerſia. Scola namque Cufenſium perpetuò chafdham, ideſt, depreſſionem appellandum cenſuit, quaſi ſe à ſtatu aliorum deprimat caſuum.

At Baſſarenſium الجر ideſt, Contractionem, quaſi contrahat nomen (quia illud à tergo inſequitur) de ſtatu agentis, & patientis ad reliquos, vt nomen زيد in his orationibus قام زيد ſurrexit Zæidus, & رايت زيدا de ſtatu nominatiui, & accuſatiui trahitur ad reliquos, per giarram, cuius ſignum eſt Kesra, vt مررت بزيد appropinquaui Zæido. Et hæc poſitio tanquam probabilior communiter accepta fuit.

Duæ autem præfatæ ſcholæ in duabus fuere ciuitatibus, haud multum à Babylone diſtantibus, quarum vna adhuc ſupereſt, ſcilicet, Baſſara: altera verò, nempe Cuſa, diruta iacet: in his publica erant gymnaſia, quorum magiſtri in pleriſque diſſidebant, vt in hoc patet.

At giarram, ſeu chafdham triplici modo fieri cōtingit vel per literam ب vt مررت بزيد. vel per reſpectum vt غلام زيد ſeruus Zæidi: vel per conſecutionem, vt

appro-

مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلِ appropinquaui Zæido ſapienti. Quæ tria in vnico noto reſtringuntur exemplo, videlicet,

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ.

ٱلتَّنْوِينُ Nunnatio hæc in fine dictionis aduenit, ſignum nominis eſt, & definitur ſic.

اَلتَّنْوِينُ نُونٌ سَاكِنَةٌ زَائِدَةٌ لِغَيْرِ تَوْكِيدٍ تَلْحَقُ ٱلْاِسْمَ فِى آخِرِهِ تَثْبُتُ لَفْظًا وَتَسْقُطُ خَطًّا وَوَقْفًا idest, Tanuin eſt nun quieſcens, redundans abſque roboratione, conſequens nomen in fine eius, permanens in prolatione, & cadens in ſcriptura & pauſa.

Dicitur nun quieſcens, quia non habet motiones in fine, dicis enim زَيْدٌ Zæidon, non زَيْدُنَ Zæidona.

Dicitur redundans in nomine, cui aduenit, quia abundat ſuper literas eius neceſſarias.

Dicitur abſque roboratione, quia nunquam dictionem fortificat, ſicut ن roborationis.

Dicitur conſequens nomen in fine, non verbum neque ن literam ن.

Dicitur conſtans in prolatione, non in ſcriptura, quia vt nun quidem profertur, ſed non ad modum nun ſcribitur: & in pauſa tandem, ideſt, in fine ſententiæ, ſilet. Eius ſpecies quatuor ſunt.

Prima dicitur تَنْوِينُ ٱلتَّمْكِينِ Tanuin declinationis, quia in declinatione nominis, per omnes caſus commutabilis

bilis adhibetur, vt زَيْدٌ & زَيْدًا & زَيْدٍ.

Secunda dicitur تَنْوِينُ ٱلتَّنْكِيرِ Tanuin generalitatis, quia in quibuſdam vſurpatur nominibus indeclinabilibus, ad ponendam differentiam, inter notum, & ignotum ſpeciale & generale, vt سيبويه ſine tanuin, quendam Grammaticorum eruditiſsimum, omnibus Arabibus notum, ſignificat; cum tanuin سيبويهٍ indeterminatè ſignificat quemlibet, qui hoc vocetur nomine, quis autem ille ſit non exprimitur. Similiter صَهْ ſine tanuin ſignificat, tace, ab hac locutione præſenti: ſed cum tanuin صَهٍ ſignificat, tace, à quacunque locutione indifferenter.

Tertia تَنْوِينُ ٱلْمُقَابَلَةِ Tanuin contrapoſitionis, quia in plurali ſano fœminino ponitur, vt مُؤْمِنَاتٌ & contraponi ن pluralis maſculini ſani, dicitur, vt مُؤْمِنِينَ fideles.

Quarta تَنْوِينُ ٱلْعِوَضِ Tanuin vicis, ſeu compenſationis: quia quandoq. vice literæ euenit, vt pro جَوَارِي dicitur جَوَارٍ ancillæ, & pro قَاضِي dicitur قَاضٍ Iudex, vbi vice ى, tanuin ponitur; quandoque vice nominis

minis, vt كُلّ quod est ac si dicatur كُلّ اِنْسَانٍ omnis homo, & بَعْضٌ ac بَعْضُ اِنْسَانٍ aliquis homo: vbi ٌ pro integro nomine stat. Et quandoque vice coniuncti contingit, vt حِينَئِذٍ hæc dictio ex حِينَ tempus, & اِذَا quando, composita est, & videretur sensum imperfectum edere, scilicet, tempore quando, nisi tanuin illum suppleuisset, videlicet, كَانَ كَذَا fuit sic: pro hoc ergo coniuncto stat tanuin: ita يَوْمَئِذٍ pro يَوْمَ اِذَا كَانَ كَذَا die quando fuit sic: ideo tanuin vice coniuncti nuncupatur.

A quibusdam quinta species, quæ تَنْوِينُ ٱلتَّرَنُّمِ Tanuin cantilenæ vocatur, hic additur: sed quia nec nomini, nec verbo, nec particulæ appropiatur, immò tantum poesi, & ad protrahendam cantilenæ pausam adhibetur, meritò à Grammaticis multis prætermittitur.

دُخُولُ Tertium denique nominis signum, in ordine ingresio articuli ال, qui quidem ad eius principium affigitur, vt ex رَجُلٌ & فَرَسٌ per articuli accessum fit, اَلرَّجُلُ talis vir, اَلْفَرَسُ talis equus: & quia huiusmodi articulus ad varia notificanda, atque discernenda trahi-

trahitur, ideo à Grammaticis quandoq. لِتَعْرِيفِ ٱلْجِنْسِ

p notificatione generis ponitur, vt ٱلْعَجِينُ خَيْرٌ مِنَ ٱلْجَمَلِ
Dromedarius est melior Camelo, idest, hoc genus Cameli, præstantius est genere hoc.

Quandoque لِتَعْرِيفِ ٱلْعَهْدِ pro notificatione præmissi, seu condicti, vt ex auctoritate habetur, أَرْسَلْنَا إِلَى فِرْعَوْنَ رَسُولًا فَعَصَى فِرْعَوْنُ ٱلرَّسُولَ Misimus ad Pharaonem legatum, repugnauit Pharao ipsi legato. Nam ال legati in secundo loco, est pro notificatione legati præmissi in primo.

Quandoque verò زَائِدَةٌ لَازِمَةٌ est redundans inseparabilis, vt ال ipsius ٱلَّذِي qui quidem redundare dicitur, quia principale esse illius est, ذِي qui & inseparabilis dicitur, quia eo nunquam priuatur; ita ٱلَّذِينَ & ٱلَّتِي &c.

Quandoque etiam زَائِدَةٌ غَيْرُ لَازِمَةٍ redundans separabilis, vt بَنَاتُ ٱلْأَوْبَرِ filiæ Tuberis, & بَنَاتُ أَوْبَرٍ sine articulo.

Quandoque لِلَمْحِ ٱلصِّفَةِ pro assimilatione denomina-

 tionis,

tionis, vt عَبَّاسٌ Tetricus, absque ال dicitur de leone, sed cum eo اَلْعَبَّاسُ applicatur homini: & similiter اَلضَّحَّاكُ ridens de homine dicitur per proprietatem, & de gladio vibrante, quasi splendens rideat, per similitudinem.

Quandoque tandem لِلْغَلَبَة antonomasiam facit, vt اَلْمَدِينَةُ Ciuitas pro patria Pseudoprophetæ, اَلْكِتَابُ liber, pro Alchorano, & اَلنَّبِى Propheta, per antonomasiam, & excellentiam quamdam (quamuis falsò) intelligunt Arabes Mohamedem.

Aliquando etiam præponitur verbo, & significat اَلَّذِى qui, quæ, quod, vt اَلْحِمَارُ اَلْيُجَدَّعُ Asinus, qui auribus est truncus.

Duo alia nomini attribuuntur signa, seu proprietatès à Grammaticis, quæ hìc ommissa sunt.

Prima dicitur اَلْاِسْنَادُ إِلَيْهِ adhæsio ad ipsum, quia nomen in oratione non solum est appositum, & de alió dicitur; vt verbum, verum & suppositum de quo aliud enunciatur, quod sibi soli conuenit.

Secunda dicitur اَلْاِضَافَةُ idest, connexio respectiua duorum nominum, quod alij regimen vocant, vt

liber

كِتَابُ زَيْدٍ liber Zædi : regi namque in genitiuo, non nisi nomini conuenit. His igitur signis à cæteris nomen dignoscitur.



اَلْمَتْنُ Arabicus Textus. اَلْعَرَبِي

وَحُرُوفُ ٱلْخَفْضِ وَهِيَ مِنْ وَإِلَى وَعَنْ وَعَلَى وَفِي وَرُبَّ وَٱلْبَاءُ وَٱلْكَافُ وَٱللَّامُ وَحُرُوفُ ٱلْقَسَمِ وَهِيَ ٱلْوَاوُ وَٱلْبَاءُ وَٱلتَّاءُ ۞

اَلتَّرْجَمَةُ Latina interpretatio. اَلْإِفْرَنْجِيَّة

Et literę Chafdæ, sunt, à, ab, ex : & ad, vsque: & de, ex ; & super, iuxta: & in, de : fortassis, vix : & per, in : & sicut, instar : & ad ; Ac literę iuramenti quæ sunt و ب ت per.


اَلشَّرْحُ Thomea expositio, اَلتُّومَاوِي

CHafdha, seu giarrum, duo habet : proprium signum, quod Kesra vocatur, & literas consignificatiuas, quæ sunt præpositiones suprapositæ :

De primo satis iam dictum est.

De secundo in libro particularum, qui العوامل inscribitur, diffusè in fine huius operis tractabitur: ideoque ne eadem bis repetamus, hic dimittimus.

Veruntamen obseruandum, quòd inter nominis signa, duo illi manifestè iunguntur in fine, videlicet chafdha, & tanuin: & duo in principio, videlicet, articulus, & literæ chafdhæ: & duo in medio remanent tanquam immanifesta, vt subijci, & regi.



العربي — Arabicus textus. — المتن

وَٱلْفِعْلُ يُعْرَفُ بِقَدْ وَٱلسِّينِ وَسَوْفَ وَتَاءِ ٱلتَّأْنِيثِ ٱلسَّاكِنَةِ ۞

الافرنجية — Latina interpretatio. — الترجمة

Et Verbum cognoscitur per, iam, interdum; & س in posterum, deinde: & saufa, futurum est; & ت feminini quiescentem.

التوماوي — Thomea expositio. — الشرح

Verbum quoque sua habet signa, quibus à nomine, & litera discernitur: quorum primum est قد iam, quod tam præterito, quàm præsenti conuenit.

Cum

Cum præterito vel certitudinem indicat, vt قَدْ قَامَ زَيْدٌ iam surrexit Zæidus. Vel proximitatem ad præsens, vt قَدْ قَامَتِ الصَّلَاةُ dudum constitit oratio, idest, iam adest tempus orandi.


Cum præsenti verò vel certitudinem similiter significat, vt قَدْ يَعْلَمُ اللهُ iam scit Deus. Vel raritatem, vt قَدْ يَجُودُ الْبَخِيلُ aliquando bonus euadit auarus.

Reperitur etiam قَدْ nominis, quod sufficientiam in quantitate, seu tantum, significat, nominique inseruit.

Litera س secundum verbi signum, cadit super præsens, illudque futurum reddit, ac rei quæ præstolatur aduentum, cito fore demonstrat, vt سَيَأْتِي زَيْدٌ citò veniet Zæidus.


Dictio سَوْفَ tertium verbi signum, præsenti addita, futurum facit, ac expectatæ rei tarditatem indicat, vt سَوْفَ يَجِي زَيْدٌ serò, siue post multum temporis, veniet Zæidus. Hæc enim differentia est inter س, & سَوْفَ quod illa citius actionem, quàm ista, signat affuturam.

At ت fæminini quiescens in ordine, quartum verbi signum est: nam ad finem tertiæ præteriti addita, è masculino fæmininum reddit, verbique signum existit, vt قَامَتْ هِنْدٌ surrexit Henda: & quamuis ipsa ت in nomi-



nibus reperiatur, nihilominus quia quiescens non est, hic vt peculiare verbi signum effertur.

Alij autem Grammatici tanquam verbi signa addunt & ل principij, vt لَيَنْصُرُ زَيْدٌ verè adiuuat Zæidus: & literas giezmantes, vt لَنْ يَنْصُرَ عَمْرُو nequaquam adiuuabit Amrus, &c. Et signa pronominum affixa in casu nominatiuo, vt تُ in نَصَرْتُ adiuui, & نا in نَصَرْنَا adiuuimus, & وا in نَصَرُوا adiuuerunt. Quæ hìc breuitatis gratia, tanquam non adeo necessaria ommittuntur ab auctore.





اَلْعَرَبِيّ Arabicus Textus اَلْمَتْن

وَالْحَرْفُ مَا لَا يَصْلَحُ مَعَهُ دَلِيلُ الْاِسْمِ وَلَا دَلِيلُ الْفِعْلِ ۞

اَلْاَفْرَنْجِيَّة Latina interpretatio . اَلتَّرْجَمَة

Et parricula ea eſt cum qua non conuenit ſignum nominis, neque ſignum verbi.

اَلتُّومَاوِي Thomea expoſitio. اَلشَّرْح

TErtia orationis pars, quæ litera ſeu particula dicitur, illa vtique eſt, quæ nullum ex ſignis nominis, aut verbi admittit: nam ſine ipſis & à nomine, & à verbo diſtincta dignoſcitur. Propterea ſignis non indiget, ſicut quidam affert exemplum de literis ج ح خ quarum prima notulæ ſignum infra coexigit peculiare, vt ab alijs duabus ſecernatur. Secunda ſupra: ſed vltima nec ſub, vel ſupra, ſigno vel ſignis indiget vnquam. Sic nomen, & verbum ſua ſigna requirunt, ſed litera nequaquam.



۞ بَابُ ٱلْإِعْرَابِ وَأَقْسَامِهِ ۞

Caput Declinationis, & partium eius.

ٱلْمَتْنُ	Arabicus Textus.	ٱلْعَرَبِيُّ

ٱلْإِعْرَابُ تَغْيِيرُ أَوَاخِرِ ٱلْكَلِمِ لِٱخْتِلَافِ ٱلْعَوَامِلِ ٱلدَّاخِلَةِ عَلَيْهَا لَفْظًا أَوْ تَقْدِيرًا ۞

ٱلتَّرْجَمَةُ	Latina Interpretatio.	ٱلْإِفْرَنْجِيَّةُ

Declinatio eſt variatio finium dictionum, propter diuerſitatem Agentium accedentium ad illas, vocaliter, aut potentialiter.

ٱلشَّرْحُ	Thomea Expoſitio.	ٱلتُّومَاوِيُّ

Poſteaquam in ſuperioribus, quid oratio, quot eius partes, quæue ſigna illarum ſint oſtenderim, in ſequentibus, quid ſit declinatio, quot eius partes, quæuè ſigna

ſigna habeant, manifeſtat. Nam liber iſte non aliud, quàm rectam nominis ac verbi Modharei declinandi rationem præſtat. Quamobrem ab ipſius definitione facit exordium.

Ait enim الإعراب vox inquam iſta, iuxta ſenſum vulgarem, pro oſtendere, ac manifeſtare ponitur: & iuxta doctrinalem, pro eo, quod in textu dictum eſt.

Verum enimuerò, ſi cum ſatha ſuper hamza, vtpote الأَعْرَاب ſcribatur, habitatores deſerti, videlicet Arabes, TurKmanos, ac Curdos ſignificat.

Si autem cum Keſra ſub eodem ſcilicet الإِعْرَاب finium dictionum mutationem, quam declinationem appellamus, demonſtrat.

Hæc autem mutatio, ſeu declinatio, ſecundum diuerſitatem agentium eis aduenientium, quæ caſus regentia nos vocamus, omninò diſtribuitur. Et cum agentia potiſſimum ſint particulæ, aut verba, vel nomina, dictionibus declinabilibus iuncta, quandoque expreſſa in oratione, quandoque intellecta, ſeu conſignificata inueniuntur.

Prius enim hæ dictiones, verbi gratia زَيْدٌ & يَضْرِبُ ſunt nudæ, & omni caſu deſtitutæ.

Deinde, ſi vni earum in oratione adieceris vel جَاءَ vel رَأَيْتُ vel بِ ſtatim aut eleuatur in caſu nominatiuo, vt جَاءَ زَيْدٌ venit Zæidus, aut ſtatuitur in accuſatiuo, vt رَأَيْتُ زَيْدًا vidi Zæidum. Aut contrahitur ad alios

caſus

casus, vt مررت بزيد appropinquaui Zæido, vel, abij è vicino Zæidi.

Si verò alteri, nempe يضرب addideris, verbi gratia, لن, vel لم statim à يضرب nominatiuo, fit لن يضرب accusatiui casus, & inde لم يضرب quietis, quæ giazma, & quartus casus dicitur.

Hæc ergo iam dicta, nempe جاء & رايت, & ب & لن & لم &c. agentia in oratione expressa vocantur: quæ dictiones de indeterminato statu, ad statum nominatiui agentis, vel accusatiui patientis, vel aliorum obliquorum casuum determinant.

Agentia verò intellecta, seu in oratione minimè expressa, sunt الابتداء principium, vel subiectum, vt زيد in hac oratione زيد فاضل Zæidus est præstans: & التجرد idest, denudatio, quæ verbo, cæteris agentibus, expoliato accidit, vt يضرب زيد verberat Zæidus. Hæc siquidem duo, absque agente expresso, immo ex propria significatione tantum, casum nominatiuum perpetuo adsciscunt.

Patet igitur, quomodo declinatio tam per agentia expressa, quàm intellecta, sit finium dictionum, variatio.

Hæc denique variatio duobus, inquit, modis contingit, videlicet لفظا vocaliter, seu actualiter, vel تقديرا.

scili-

scilicet potentialiter, seu virtualiter.

Primo modo vel in nomine sano, vel in verbo modhareo sano tantum euenit (sanum enim vtrumque voco, cum ex ا و ى nullam suo fini admiserit literam) In nomine, inquam, sano, vt زَيْدٌ Zaidus, زَيْدًا Zaidum; زَيْدٍ Zaidi, vel Zaido. In verbo verò, vt يَضْرِبُ verberat, & لَنْ يَضْرِبَ nō verberabit, & لَمْ يَضْرِبْ non verberauit: existente vbique harum dictionum fine actualiter variato.

Secundo verò modo, scilicet potentialiter, vel in nomine infirmo, vel in verbo pariter non sano occurrit: cuius quidem infirmitatis defectus per vnam ex dictis ا و ى literis, finem vtriusque tenentem, contrahitur.

Primo in nomine, vbi est ى post post fatham quiescens, quæ aliph breuis dicitur, licet sub figura ى scribatur, vt جَاءَ ٱلْفَتَى venit puer; رَأَيْتُ ٱلْفَتَى vidi puerum, & مَرَرْتُ بِٱلْفَتَى appropinquaui puero.

In eodem quoue vbi est و de eo non afferunt exempla, quia quiescens non est post dhammam, vt patet de دَلْوٌ & دَلْوًا دَلْوٍ variabilium, more currente, situla, scilicet vas corij ad hauriendam aquam.

In eodem nomine; vbi est ى defectiua post Kesram quiescentem, duo casus potentialiter fiunt, vt جَاءَ ٱلْقَاضِى

venit

venit iudex, & مَرَرْتُ بِالْقَاضِي appropinquaui iudici: & alius ob lenitatem fathæ actualiter exprimitur, vt رَأَيْتُ الْقَاضِيَ vidi iudicem.

Secundò, in verbo, ad cuius finem similiter est ى nempe aleph breuis quiescens, aut subtracta post fatham, idem similiter fit, vt يَخْشَى timet, & لَنْ يَخْشَى non timebit, & لَمْ يَخْشَ non timuit.

In eodem, vbi est و quiescens, aut subtracta post dhammam, duo quoque casus potentialiter fiunt, vt يَدْعُو vocat, & لَمْ يَدْعُ non vocauit, & alter ob leuitatem fathæ vocaliter exprimitur, vt لَنْ يَدْعُوَ non vocabit.

In eodem tandem, vbi est ي quiescens, vel subtracta post Kesram, idem similiter euenit, vt يَرْمِي proijcit, & لَمْ يَرْمِ non proiecit, & لَنْ يَرْمِيَ non proijciet.

In ijsdem latet actualis finium variatio, quæ voce promitur: sed remanet virtualis, quæ ab intellectu præfigitur: nam licet, verbi gratia الْفَتَى vel يَخْشَى per cuiuscumq. regentis accessum non varientur actualiter, variari tamen præsupponuntur ab intellectu potentialiter, ac si variationis quidem capaces essent præfatæ dictiones, cum verè non sint

ſint ob vocalium cum eis concurrentium, duritiem. Durum enim eſſet dicere الفتى elfataiu, &c.

Ex ijs ergo ſatis remanet clara, declinationis definitio, quæ obſcura prius videbatur ac difficilis: nempe quòd ſit variatio finium الكلم ideſt nominis, & verbi modharei declinabilium: & quod talis variatio iuxta diuèrſitatem agentium, ſiue expreſſorum, ſiue intellectorum fiat: & quod tandem actualitèr, vel potentialitèr, quæ omnia notatu, ac ſcitu digna ſunt. Quoniam الاعراب quinque potiſſimum in oratione facit.

Primum dictionum fines mutat.


Secundum à priori terminatione declinare eas facit.

Tertium ab indeclinabili ſegregat.

Quartum earum ſtatum manifeſtat.

Et quintum orationi venuſtatem, grauitatem, elegantiamque tribuit, Hæc de declinationis definitione.

Arabicus



العربي **Arabicus Textus.** المتن

واقسامه اربعة رفع ونصب وخفض وجزم ۞
فللاسماء من ذلك الرفع والنصب والخفض ولا
جزم فيها وللافعال من ذلك الرفع والنصب
والجزم ولا خفض فيها ۞

الافرنجية **Latina Interpretatio.** الترجمة

Et partes eius quatuor ſunt, Rafaa, & Nasba, & Chaſda, & Gezma. At nominibus ex ijs (conueniunt) Rafaa, & Nasba, & Chaſdha, non autem Gezma. Verbis verò ex eiſdem, Rafaa, & Nasba, & Gezma, non autem Chaſdha.

التوماوي **Thomea Expoſitio.** الشرح

ET partes eius quatuor ſunt, ideſt, & prædefinitæ declinationis caſus quatuor ſunt.

Primus

Primus الرَّفْعُ eleuatio, ideſt nominatiuus, quaſi agens eleuatus ſupra paſſum, cuius ſignum principale eſt dhamma, vt الرَّجُلُ vir, & يَضْرِبُ verberat.

Secundus النَّصْبُ ideſt accuſatiuus, quaſi patiens poſitum ſub agente, cuius principale ſignum eſt fatha, vt الرَّجُلَ virum, & لَن يَضْرِبَ non verberabit.

Tertius الخَفْضُ depreſſio, & amplectitur genitiuum, datiuum, & ablatiuum, quaſi obliquus, à duorum ſtatu depreſſus, cuius principale ſignum eſt Keſra, vt لِلرَّجُلِ viri viro.

Quartus الجَزْمُ abſciſio, ideſt caſus priuatio, quaſi à dictione cadentiam ſcindat; cuius principale ſignum eſt ſoKun, ideſt quies, vt لَمْ يَضْرِبْ non verberauit.

In his quatuor omnis variatio finium, nominis, ac verbi declinabilium, conſtituitur apud Arabes. Duo primi caſus indifferenter, nomini ac verbo conueniunt: tertius nomini appropriatur: & quartus verbo, vt ex litera patet.

Caput



بَابُ مَعْرِفَةِ عَلَامَاتِ ٱلْإِعْرَابِ ۞

Caput cognitionis signorum declinationis.

اَلْمَتْنُ Arabicus Textus. اَلْعَرَبِي

لِلرَّفْعِ أَرْبَعُ عَلَامَاتٍ ٱلضَّمَّةُ وَٱلْوَاوُ وَٱلْأَلِفُ وَٱلنُّونُ ۞
فَأَمَّا ٱلضَّمَّةُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِي أَرْبَعَةِ مَوَاضِعَ
فِي ٱلْإِسْمِ ٱلْمُفْرَدِ وَجَمْعِ ٱلتَّكْسِيرِ وَجَمْعِ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمِ
وَٱلْفِعْلِ ٱلْمُضَارِعِ ٱلَّذِي لَمْ يَتَّصِلْ بِآخِرِهِ شَيْءٌ ۞

اَلتَّرْجَمَةُ Latina Interpretatio. اَلْإِفْرَنْجِيَّةُ

Rafæ quatuor sunt signa, Dhamma, & Vau, & Aleph,& Nun. At Dhamma, signum est Rafæ quatuor in locis: in nomine singulari, & plurali variationis,& plurali fęminino integro,& verbo Modhareo, in cuius fine non est adiunctum quidquã.

اَلشَّرْحُ Thomea Expositio, اَلتُّومَاوِيُّ

CAsuum iam præhabita diuisione, vnicuique sua nunc tribuit signa cum distinctione: primo principalia, deinde

deinde vicaria. Rafæ inquit quatuor ſunt ſigna: Principale vnum, & eſt vocalis dhamma, quæ quatuor in locis, ſignum nominatiui inuenitur.

Primò in nomine ſingulari, ſiue maſculinum fuerit, aut fæmininum, vt زَيْدٌ Zæidus, & هِنْدٌ Henda.

Secundò in plurali variationis, maſculino ſimiliter, vel fæminino, vt الرِّجَالُ viri, & الْهُنُودُ Hendæ.

Tertiò in plurali fæminino integro, vt هِنْدَاتٌ Hendæ, & جِمَالَاتٌ Cameli.

Quartò & vltimo in verbi modhareò, ad cuius finem ـُ, nulla ex his ا و ى ن addita fuerit litera, vt يَضْرِبُ verberat.

Verum pro dictorum intelligentia, ſilentio prætereundum non eſt, duo pluralium genera dari apud Arabes, vnum صَحِيحٌ ideſt integrum, وَمُكَسَّرٌ variatumque alterum.

Integrum ſanè eſt, quod ſui ſingularis in ſe ſanam ſeruat formam, vt à زَيْدٌ Zæidus, addito وَنَ fit plurale زَيْدُونَ Zæidi, & in fæminino ab هِنْدٌ addito ات fit plurale هِنْدَاتٌ Hendæ: nulla ſui ſingularis in ſe prorſus facta variatione.

At è contrario plurale variatum illud eſt, quod finalia

 integri

integri additamenta respuens, sui singularis formam; vel mutatione vocalium, vel alicuius additione, aut subtractione literæ, in se semper variatum admittit, vt ex رَجُلٌ vir, fit plurale variatum رِجَالٌ viri, & ex كِتَابٌ liber, fit plurale كُتُبٌ libri, variatis vocalibus, additis, subtractisque literis: nam ر quæ in singulari رَجُلٌ habebat fatha, in plurali statim suscipit Kesram, & ج scilicet quæ sub dhamma manebat, in plurali mutata est sub fatha, sic كِ Kesram, & تَ fatham, in dhammam ipsam variatam recipit in plurali, hinc sublata, illic aleph litera addita, variationis gratia: Quamobrem plurale variatum ab Arabibus dictum est, non fractum, vt quidam ex nostris, non doctrinalem, sed vulgi sequentes sensum, malè interpretati sunt: quæ quidem variatio sex modis fit.

Primo literæ additione tantum, vt à صِنْوٌ surculus palmæ, صِنْوَانٌ surculi.

Secundo solū litteræ subtractione, vt à قِرْبَةٌ vter, قِرَبٌ vtres.

Tertiò vocalium tantummodo variatione, vt ab أَسَدٌ leo, fit أُسْدٌ leones.

Quarto additione, & variatione simul, vt à جَمَلٌ Came-


Camelus, fit جِمَالٌ Cameli.

Quinto, ſubtractione pariter, & variatione, vt à رَسُولٌ Apoſtolus, رُسُلٌ Apoſtoli.

Sexto, additione, ſubtractione, ſimulque variatione, vt ab اِنْسَانٌ homo, fit نَاسٌ homines.

Hi variandi modi ſunt benè notandi, quia plurale hoc, ob defectum communis linguæ, nobis valde difficile eſt. In his ergo quatuor, Rafæ ſignum, nempe nominatiui, ſemper eſt dhamma.





اَلْعَرَبِيُّ Arabicus Textus. اَلْمَتْنُ

وَأَمَّا ٱلْوَاوُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِى مَوْضِعَيْنِ فِى جَمْعِ ٱلْمُذَكَّرِ ٱلسَّالِمِ وَفِى ٱلْأَسْمَاءِ ٱلْخَمْسَةِ وَهِىَ أَبُوكَ وَأَخُوكَ وَحَمُوكَ وَفُوكَ وَذُو مَالٍ ۞

اَلْأَفْرِنْجِيَّةُ Latina Interpretatio. اَلتَّرْجَمَةُ

Sed & vau erit quoque ſignum Rafæ in duobus locis, in plurali maſculino integro, & in his quinque nominibus, quæ ſunt; pater tuus, & frater tuus, & ſocer tuus, & os tuum, & poſſeſſor diuitiarum.

اَلتُّومَاوِى Thomeâ expoſitio. اَلشَّرْحُ

Litera و eſt ſignum etiam Rafæ, vice dhammmæ, in duobus, inquit, locis, in plurali maſculino integro, vt جَاءَ ٱلزَّيْدُونَ venerunt Zæidi: vbi additio و Rafæ ſignum eſt, & ن pluralis. Per oppoſitum verò in verbo, vt

vt يَضْرِبُونَ verberant, و pluralis, & ن Rafæ indicium eſt: quia eius ſubtractio aliorum caſuum eſt ſignum.

Secundò in quinque citatis nominibus defectiuis, ac pronomine affixis, و eſt etiam ſignum Rafæ: quorum exempla clara habentur ex textu, quibus dictio هَنُوكَ verenda tua, à quibuſdam interponitur, eo quòd per literas واى more ipſorum inflectitur: communiter tamen, quia per ſimplices vocales frequentius, ac elegantius declinatur, nempè هَنُكَ & هَنُكِ & هَنِكِ muliebria tua, propterea rationabiliter hic ommittitur.

Ceterum hìc ſolum notandum eſt, quod ſicut tria ſigna principalia poſitiua, ſignatos ſuos indicant caſùs, nempè dhamma nominatiuum, fatha accuſatiuum, & Keſra ceteros, præter vocatiuum: ita tres واى literæ eorum cognatæ, ac vicariæ, in prædictis quinque vel ſex nominibus eoſdem caſus ſignificant, nimirum و nominatiuum, ا accuſatiuum, & ى ceteros præter vocatiuum: quippe qui, vt ſuo dicetur loco, nominatiuo vel accuſatiuo gaudet.





اَلْعَرَبِيّ   Arabicus textus.   اَلْمَتْنُ

وَأَمَّا ٱلْأَلِفُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِي تَثْنِيَةِ ٱلْأَسْمَاءِ خَاصَّةً ۞ وَأَمَّا ٱلنُّونُ فَتَكُونُ عَلَامَةً لِلرَّفْعِ فِي ٱلْفِعْلِ ٱلْمُضَارِعِ إِذَا ٱتَّصَلَ بِهِ ضَمِيرُ تَثْنِيَةٍ أَوْ ضَمِيرُ جَمْعٍ أَوْ ضَمِيرُ ٱلْمُؤَنَّثَةِ ٱلْمُخَاطَبَةِ ۞

اَلْأَفْرَنْجِيَّة   Latina Interpretatio.   اَلتَّرْجَمَة

Aleph autem erit etiam ſignum Rafæ, in duali nominum pręcisè. Nun vero erit quoque ſignum Rafæ in verbi modhareo, cùm adiunctum fuerit ei ſignum dualis, aut indicium pluralis, aut nota fæminini ſecundæ perſonæ.

اَلتُّومَاوِي   Thomea Expoſitio.   اَلشَّرْح

DVo vltima vicaria Rafæ ſigna hìc explicantur, nempe ا, & ن.

Aliph quippe eſt ſignum nominatiui in duali nominum propriè,

propriè, & præcisè, vt à زَيْدٌ singulari, additis ان fit duale زَيْدَانِ duo Zæidi, vbi ا non solum dualitatis formam, verum & Rafæ, vt dictum est, signum refert.

ن verò, inquiunt, vicem motionum, ac tanuin suorum singularium, gerit.

Cum duali hoc formationis iungitur à quibusdam duale aliud significationis, vt كِلَاهُمَا ambo, & كِلْتَاهُمَا ambæ, & اِثْنَانِ duo, & اِثْنَتَانِ duæ, quæ cum singularia non habeant, à quibus formentur, dualia tantum, significationis vocantur.

Ipsa ن denique signum Rafæ efficitur in modhareo, quando ibi vel ا dualitatis nota, ante eandem ن iungitur, vt يَضْرِبَانِ verberant duo, & تَضْرِبَانِ verberatis vos duo.

Vel و pluralis masculini indicium, vt يَضْرِبُونَ verberant illi, & تَضْرِبُونَ verberatis vos.

Vel ى secundæ personæ singularis fœminini signum, vt vt تَضْرِبِينَ verberas tu fœmina.

In his igitur quinque permanentia ن Rafæ signum gerit pro dhamma.



المتن — Arabicus Textus. — العربي

وللنصب خمس علامات الفتحة والألف والكسرة والياء وحذف النون ۞ فأما الفتحة فتكون علامة للنصب في ثلاثة مواضع في الاسم المفرد و وجمع التكسير وفي الفعل المضارع إذا دخل عليه ناصب ولم يتصل بآخره شيء ۞

الترجمة — Latina Interpretatio. — الأفرنجية

Et Nasbæ quinque ſunt ſigna ; fatha , & Aleph, & keſra , & ى Ia , & ſubtractio Nun . At fatha ـَ , erit quippe ſignum Nasbæ in tribus locis , in nomine ſingulari , & plurali variationis , & in verbi mochareo, quando aduenerit ei Nasbans , & non fuerit adiunctum in fine eius quidquam .

Thomea


Ex quinque dictis, principale Nasbæ signum est fatha, & hoc, inquit, tribus in locis, in nomine singulari, vt رَأَيْتُ زَيْدًا vidi Zæidum. وَعَبْدَ ٱللَّهِ & Abdallahu, وَٱلْفَتَى puerum.

Secundo in plurali variationis, vt

رَأَيْتُ ٱلزُّيُودَ وَٱلْهُنُودَ وَٱلْأَسَارَى وَٱلْعَذَارَى

Vidi Zæidos, & Hendas, & captiuos, & virgines.

Tertio in modhareo cui à principio adhæret nasbans, vtpote لَنْ &c. Et ad finem ex ijs quatuor ا و ى ن additítijs nulla fuerit, vt لَنْ يَضْرِبَ nequaquam verberat, & لَنْ يَخْشَى non timet, &c.



المتن	Arabicus textus.	العربي

وأما الألف فتكون علامة للنصب في الأسماء
الخمسة نحو رأيت أباك وأخاك وما أشبه ذلك ۞
وأما الكسرة فتكون علامة للنصب في جمع المؤنث
السالم ۞ وأما الياء فتكون علامة للنصب في
التثنية والجمع ۞ وأما حذف النون فيكون
علامة للنصب في الأفعال التي رفعها بثبات
النون ۞

الترجمة	Latina interpretatio.	الافرنجية

Aleph autem erit quoque ſignum Nasbæ in nominibus quinque, videlicet, vidi patrem tuum, & fratrem tuum, & his ſimilia. kesra verò erit etiam ſignum Nasbæ in plurali fæminino integro. Sed & ى erit quoque ſignum Naſbæ in duali, & plurali. At reiectio ن, erit quip-

pe

pe signum Nasbæ in verbis, quorum Rafa est per stabilitatem, ac constantiam ن.

التوماوي Thomea expositio. الشرح

Reliqua quatuor Nasbæ signa vicaria fathæ, hìc declarantur. Primumque ا, quæ in supra memoratis quinque nominibus, nempe

رأيت أباك وأخاك وحماك وفاك وذا مال

Vidi patrem tuum, & fratrem tuum, & socerum tuum, & os tuum, & possessorem opum, Nasbæ signum refert. Vnde رايت dicitur nasbans, اباك nasbata: & ا nasbæ signum, nempe accusatiui nota.

Secundum est Kesra, vt خلق الله السموات Creauit Deus cælos, & رايت الهندات vidi Hendas. In plurali hoc, nasbæ signum, ponitur Kesra, & ratio, quia sicut in plurali masculino integro, tantum duo casuum signa conceduntur, videlicet ون pro nominatiuo, & ين pro reliquis: ita in plurali fæminino integro, tantum تُ & تِ sibi correspondentia conueniunt. Propterea non per fatham, sed præter regulam nasbatur per Kesram, eius hic locum tenentem.

Tertium est ي quæ in duobus locis nasbæ signum constituitur, in duali, vt رايت الزيدين vidi duos Zæidos, & in

& in plurali maſculino integro, vt رأيت الزيدين Vidi Zæidos multos: vbi nulla eſt differentia, niſi in poſitione vocalium: nam ى dualis literam præcedentem fathatam & ſequentem ſemper exigit Keſratam: pluralis verò è contrario.


Quartum eſt ſubtractio, ſiue reiectio ن ab his quinque,

يفعلان تفعلان & يفعلون تفعلون &

تفعلين in quibus ſicut permanentia ن Rafæ indicium fuit, vt dictum eſt, ita nunc ſublatio eius, Nasbæ ſignum extat, vt

لن يفعلا تفعلا وأن يفعلوا تفعلوا وأن تفعلي

non operantur duo, &c.



المتن — Arabicus Textus. — العربي

والخفض ثلاث علامات الكسرة والياء والفتحة ۞
فأما الكسرة فتكون علامة للخفض في ثلاثة
مواضع في الاسم المفرد المنصرف وجمع التكسير
المنصرف وجمع المؤنث السالم ۞ وأما الياء
فتكون علامة للخفض في ثلاثة مواضع في الاسماء
الخمسة وفي التثنية والجمع ۞

الترجمة — Latina Interpretatio. — الافرنجية

Et Chafdhæ tria ſunt ſigna, keſra, & ى, & fatha. At keſra erit quippe ſignum Chafdhæ tribus in locis; in nomine ſingulari declinabili, & in plurali variationis declinabili, & in plurali fæminino integro. Ipſa autem ى erit quoque ſignum Chafdhæ tribus in locis; in nominibus quinque, & in dúali, & plurali.

Thomea

EX tribus, duo tantũ Chafdæ ſigna, in hoc proponuntur explicanda textu: nempe Keſra principale,& ى vicarium. Keſra quippe tribus in locis, inquit, Chafdhæ ſignum reperitur.

Primo, in nomine ſingulari declinabili, ſeu per omnes caſus, & tanuin reuolubile, vt مررت بزيدٍ وعمرٍو appropinquaui Zæido, & Amro. Quæ quidem nomina non dualia, neque pluralia, ſed ſingularia ſunt, atque declinabilia, & reuolubilia per omnes caſus dicuntur, quia de Rhafæ ad Nasbæ caſum, & de Nasbæ ad Chafdæ ſtatum reuoluuntur, tanuinque recipiunt, quod ſecus de irreuolubili accidit.

Secundo in plurali variationis declinabili, ſeu reuolubili, vt مررت برجالٍ وزيودٍ appropinquaui viris, & Zæidis.

Tertio, in plurali fæminino integro (non addidit, منصرف quia hoc ſemper reuolubile eſt) vt مررت بالمؤمنات appropinquaui mulierib.fidelibus: niſi fuerit nomen proprium, quia tunc à quibuſdam fit reuolubile, ideſt cũ tanuin, vt عرفاتٌ proprium nomen loci, & أذرعاتٌ nomen proprium cuiuſdam oppidi Damaſci.

A qui-

A quibusdam verò ratione proprietatis, & fœminini generis fit irreuolubile, ideſt, ſine tanuin, vt عَرَفَاتٌ & أَذْرِعَاتٌ.

Litera verò ى Chafdhæ ſignum eſt tribus in locis ſimiliter.

Primo in nominibus quinque, vt

مَرَرْتُ بِأَبِيكَ وَأَخِيكَ وَحَمِيكَ وَفِيكَ وَذِي مَالٍ


appropinquaui patri tuo, & fratri tuo, & ſocero tuo, & ori tuo, & poſſeſſori opum.

Secundo, in duali indifferenter, vt

مَرَرْتُ بِالزَّيْدَيْنِ وَالْهِنْدَيْنِ appropinquaui duobus Zæidis, & duabus Hendis.

Tertio, in plurali ſcilicet maſculino integro, vt

مَرَرْتُ بِالزَّيْدِينَ وَالْمُسْلِمِينَ appropinquaui Zæidis, & Mahomedanis.



العربي　Arabicus Textus.　المتن

وأما الفتحة فتكون علامة للخفض في الاسم الذي لا ينصرف ۞

الافرنجية　Latina Interpretatio.　الترجمة

Fatha verò erit quoque signum Chafdæ in nomine, quod non reuoluitur.

الدوماوي　Thomea Expositio.　الشرح

HIc tandem ponitur fatha, tertium Chafdhæ signum, pro Kesra, in nominibus irreuolubilibus, ideſt, non admittentibus tanuin, neque giarrum. Hæc verò non admittentia, ſeu impedientia الصرف ſcilicet, per mutationē, ſeu reuolubilitatem, ſunt nouem: quorum ſeptem duas impediendi cauſas habere neceſſe eſt: alia vnam tantum, duarum vice, nempè الجمع & التانيث Hæc autem impedientia ſunt.

Primum

Primum العَلَمِيَّةُ proprietas, ideſt, quando nomen eſt proprium, vt زَيْنَبُ Zæinaba.

Secundum التَّأنِيثُ fæminini ratio, ſcilicet, cum nomen eſt fæmininum, vt طَلْحَةُ Talhata.

Tertium وَزْنُ ٱلْفِعْلِ menſuratio verbi, vtpote quando nomen eius habet formam, ſicut يَزِيدُ Iazidus.

Quartum العَدْلُ declinatio, ſeu deuiatio, quando ſcilicet nomen à ſua originali forma declinat, vt عُمَرُ Omarus.

Quintum التَّرْكِيبُ compoſitio, videlicet quando vnius rei nomen ex duabus componitur vocibus, vt بَعْلَبَكَّةُ BaalabaKKa.

Sextum العُجْمَةُ barbaries, ſcilicet cum nomen non Arabicum, ſed alterius eſt idiomatis, vt دَاوُدُ Dauid.

Septimum الأَلِفُ وَالنُّونُ ideſt, quando hæ duæ litteræ iunguntur in fine nominis, vt عُمْرَانُ Emranus.

Octauum الْوَصْفُ attributio, aut adiectio, videlicet quando nomen est adiectiuum, vt أَحْمَرُ rubicundus.

Nonum الْجَمْعُ pluralitas, ideſt, cum nomen plurale sic terminatur, vt مَسَاجِدُ templa, & مَصَابِحُ lucernæ.

Hæc ſiquidem nouem, tanuin à nomine prohibent, fathamque Chaſdhæ loco ſubſtituunt, ac nomen cui inſunt ad tertium vſque caſum irreuolubile faciunt, ideoque illud غَيْرَ الْمُنْصَرِفِ appellant.

Et quoniam ex his, ob quorumdam diuiſionem, vndecim conſtituunt ſpecies: primò quæ duas, vltimò quæ vnam impediendi cauſam habent, ſubijciemus.

Prima ergo ſpecies amplectitur nomina, quibus ineſt الْعَلَمِيَّةُ وَالتَّأْنِيثُ ſcilicet proprietas, & fœminini ratio, vt مَرَرْتُ بِفَاطِمَةَ وَزَيْنَبَ وَسَقَرَ appropinquaui Fatamæ, & Zæinabæ, & Sacaræ.

Secunda quibus ineſt الْعَلَمِيَّةُ وَوَزْنُ الْفِعْلِ ideſt, proprietas, & menſura verbi, vt مَرَرْتُ بِأَحْمَدَ وَيَشْكُرَ وَضَرَبَ appropinquaui Ahmedo, & IaſcKoro, & Dhorebo.

Tertia quibus ineſt الْعَلَمِيَّةُ وَالْعَدْلُ ſcilicet proprie-

tas,

tas, & declinatio, vt مَرَرْتُ بِعُمَرَ وَزُفَرَ وَغُلَابَ appropinquaui Omaro, & Zofaro, & Gholabæ: primum ab عامر, secundum à زافر, & tertium à غالبة originalibus declinat, seu deuiat.

Quarta quibus inest أَلْعَلَمِيَّةُ وَٱلتَّرْكِيبُ scilicet, proprietas, & compositio, vt مَرَرْتُ بِمَعْدِي كَرِبَ وَبَعْلَبَكَّ accessi iuxta Madi Karebam, & BalabaKKam.

Quinta quibus inest أَلْعَلَمِيَّةُ وَٱلْعُجْمَةُ scilicet, proprietas, & barbaries, vt مَرَرْتُ بِإِبْرَاهِيمَ وَإِسْحَاقَ وَيَعْقُوبَ accessi ad Abrahamum, Ishacum, & Iacobum.

Sexta quibus inest أَلْعَلَمِيَّةُ وَٱلْأَلِفُ وَٱلنُّونُ scilicet proprietas, & additio ا & ن, in fine, vt مَرَرْتُ بِعُثْمَانَ وَسُلَيْمَانَ وَشَعْبَانَ accessi ad Othmanum, & Salomonem, & Sciabanum.

Septima quibus inest أَلْوَصْفُ وَٱلْأَلِفُ وَٱلنُّونُ scilicet, attributio, & additio ا & ن, vt مَرَرْتُ بِسَكْرَانَ وَعَطْشَانَ وَجَيْعَانَ accessi ad ebrium, & sitibundum, & famelicum.

Octaua, quibus inest أَلْوَصْفُ وَوَزْنُ ٱلْفِعْلِ idest, attributio, & dimensio verbi, vt مَرَرْتُ بِأَفْضَلَ وَأَخْضَرَ وَأَحْمَرَ accessi ad præstantiorem, & viridem, & rubicundum.

Nona, quibus inest أَلْوَصْفُ وَٱلْعَدْلُ scilicet attributio & declinatio, vt مَرَرْتُ بِأُحَادَ وَمَثْنَى وَثُلَاثَ وَرُبَاعَ accessi ad singulos, & binos, & ternos, & quaternos, &c. His omnibus duæ insunt impediendi causæ, vt ex allatis satis claret exemplis.

Decima, quibus inest أَلِفُ ٱلتَّأْنِيثِ ٱلْمَمْدُودَةُ وَٱلْمَقْصُورَةُ aleph fœminini longa, & breuis, vt مَرَرْتُ بِصَحْرَاءَ وَعَذْرَاءَ وَحُبْلَى وَذِكْرَى accessi ad campum, & virginem, & prægnantem, & memoriam.

Vndecima, quibus inest صِيغَةُ مُنْتَهَى ٱلْجُمُوعِ idest, formatio finis pluralium iuxta mensuram مَفَاعِل, & مَفَاعِيل, vt صَلَّيْتُ فِي مَسَاجِدَ oraui in templis, & قَرَأْتُ فِي مَصَابِيحَ legi ad lucernas.


His duobus vltimis, vna tantum duarum vice causarum inest, sufficiens quidem ad constituendum nomen irreuolubile,

lubile, quia ambo à finis terminatione, causam impediendi reuolubilitatem sumunt.

Sed notandum est, si omnibus his affixum addatur, vel articulus ال, quibus inest applicetur, ad priorem redire statum, nempè giarram suscipere, ac reuolubilia fieri, vt مررت بعثمانكم appropinquaui Othomano vestro وأنتم عاكفون في المساجد & vos insistitis in templis.

Pro his quoque impedientibus, aliquæ essent conditiones obseruandæ, quæ ne breuem hanc expositionem ad nimiam trahant prolixitatem, ommittimus, maximè quia ex adductis exemplis à studioso, ac solerti sine difficultate dignosci possunt.





المتن Arabicus Textus. العربي

وللجزم علامتان السكون والحذف ۞ فأما السكون فيكون علامة للجزم في الفعل المضارع الصحيح الآخر ۞ وأما الحذف فيكون علامة للجزم في الفعل المضارع المعتل الآخر وفي الأفعال التي رفعها بثبات النون ۞

الترجمة Latina Interpretatio. الافرنجية

Et Gezmæ duo ſunt ſigna, quies, & ſubtractio. Quies autem eſt ſignum Gezmæ in verbi modhareo ſani vltima. At ſubtractio erit quippe ſignum Gezmæ in verbi modhareo infirmi vltima: & in verbis, quorum Rafaa eſt per conſtantiam ن Nun.

Qvartus, & vltimus declinationis caſus eſt Gezma, cuius, inquit, duo ſunt ſigna: Quies principale, & ſubtractio vicarium.

Quies per gezmantis acceſſum, vocalem tollit à Modhareo, & ſubtractio literam.
Ipſa ergo quies ſignum gezmæ eſt in Modhareo, vltima litera ſano, & addititijs non impedito, vt لَمْ يَضْرِبْ non verberauit, vbi لَمْ eſt gezmans, & يَضْرِبْ gezmatum per لَمْ, & ſignum Gezmæ eſt quies, per figuram ْ, deſignata. Sed ſubtractio literæ eſt ſignum Gezmæ in duobus locis.


Primò in Modhareo infirmo, cuius nempe vltima, vna ex واى literis erit, vt à يَدْعُو per gezmantis acceſſum, fit لَمْ يَدْعُ non vocauit, & à يَخْشَى cum aleph breui, fit لَمْ يَخْشَ non timuit, & à يَرْمِي cum ى fit لَمْ يَرْمِ non proiecit, vbique pro Gezmæ ſigno, infirmitatis ſubtractis literis, cognatiſque earum vocalibus, ibi tanquam abſentiæ cuiuſque indicium, permanentibus.

Secundo in verbis, quorum Rafaam permanentia nun designat, & sunt illa quinque supra enumerata, quibus statim atque aduenerit gezmans, subtrahitur Nun, & talis subtractio literæ, gezmæ signum indicat pro soKun, vt

لَمْ يَضْرِبَا تَضْرِبَا لَمْ يَضْرِبُوا تَضْرِبُوا لَمْ تَضْرِبِي

Hæc de casuum signis.





✿ فَصْلٌ ✿

SECTIO.

اَلْمُعْرَبَاتُ قِسْمَانِ قِسْمٌ يُعْرَبُ بِٱلْحَرَكَاتِ وَقِسْمٌ يُعْرَبُ بِٱلْحُرُوفِ فَٱلَّذِى يُعْرَبُ بِٱلْحَرَكَاتِ أَرْبَعَةُ أَنْوَاعٍ ٱلْإِسْمُ ٱلْمُفْرَدُ وَجَمْعُ ٱلتَّكْسِيرِ وَجَمْعُ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمُ وَٱلْفِعْلُ ٱلْمُضَارِعُ ٱلَّذِى لَمْ يَتَّصِلْ بِآخِرِهِ شَىْءٌ وَكُلُّهَا تُرْفَعُ بِٱلضَّمَّةِ وَتُنْصَبُ بِٱلْفَتْحَةِ وَتُخْفَضُ بِٱلْكَسْرَةِ وَتُجْزَمُ بِٱلسُّكُونِ ✿ وَخَرَجَ عَنْ ذٰلِكَ ثَلَاثَةُ أَشْيَاءٍ جَمْعُ ٱلْمُؤَنَّثِ ٱلسَّالِمُ يُنْصَبُ بِٱلْكَسْرَةِ وَٱلْإِسْمُ ٱلَّذِى لَا يَنْصَرِفُ يُخْفَضُ بِٱلْفَتْحَةِ وَٱلْفِعْلُ ٱلْمُضَارِعُ ٱلْمُعْتَلُّ ٱلْآخِرِ يُجْزَمُ بِحَذْفِ آخِرِهِ ✿

Latina

Declinabilia in duplici sunt diuisione: quædam declinantur per motiones, & quædam declinantur per literas: quæ igitur declinantur per motiones, quatuor sunt specierum: Nomē singulare & plurale variationis, & plurale fæminini integrū, & verbum modhareum, quod non habuerit adiunctum in fine suo quidquam. Omnia autem hæc rafaantur per dhammam, & nasbantur per fatham, & chafdhantur per kesram, & gezmantur per sokun. Et excepta ab his, tria sunt: plurale fæmininum integrum (quod) nasbatur per kesram, & nomen quod non reuoluitur, chafdhatur per fatham, & verbum Modhareum infirmum vltima (quod) gezmatur per subtractionem vltimæ suæ.

الدوماوى Thomea expositio. الشرح

CAput hoc, non eadem inscribitur voce, nempe باب sicut cetera huius libri capitula, sed فصل idest, diuisio, seu sectio nuncupatur, quia ad aliam minimè nos inducit pertractandam materiam: verum ad se hic omnibus recollectis, quæ de singulis casuum notis, sparsim in præcedenti tractauerat capite, vnica breui in primis, eorum diuisione facta, cuncta veluti summatim manifesta, ac vno quasi perspicienda intuitu, hac in sectione, vti in depicta tabula,

la, legentium oculis exponit, atque perſtringit. Prolixa igitur, iam dicta, declinationum materia per tot caſuum ſigna diffuſa, vnica diuiſione concluditur, nempe declinabilia, vel motionibus declinari, vel literis: quæ enim motionibus, ſeu ſignis vocalibus declinantur, quatuor ſunt. & quæ literis conſonantibus, quatuor ſimiliter.

Octo igitur declinabilium ſpecies in ſumma, ex hac breui diuiſione colliguntur.

Quatuor primæ, ex his per quæ declinatur, quatuor quoq. ſuorum caſuum ſigna, ſibi conſtituunt, nempe dhammam, fatham, Keſram, atque ſoKun.

Quatuor verò vltimæ, ex his, per quas inflectuntur, literis, quatuor etiam ſibi, tanquam ſuorum caſuum notas, attribuunt, ſcilicet و, & ا, & ى, & ن; ſubtractione non excluſa.

Summa igitur declinabilium, atque ſignorum octenario numero concluditur, ſicut caſuum quaternario.

Hac autem præhabita diuiſione, hoc in textu, tantum quatuor primas declinabilium ſpecies exponit. Quarum prima, inquit, eſt nomen ſingulare, vt جَاءَ زَيْدٌ venit Zaidus, رَأَيْتُ زَيْدًا vidi Zaidum, مَرَرْتُ بِزَيْدٍ appropinquaui Zaido.

Secunda eſt plurale variatum, vt جَاءَ الرِّجَالُ venerũt viri, رَأَيْتُ الرِّجَالَ vidi viros, مَرَرْتُ بِالرِّجَالِ appropinquaui viris.

Tertia, plurale ſanum fæminini, vt جَاءَتِ الهِنْدَاتُ venerunt

nerunt Hendæ, رَأَيْتُ ٱلْهِنْدَاتِ vidi Hendas; مَرَرْتُ بِٱلْهِنْدَاتِ accessi ad Hendas.

Quarta, verbum Modhareum addititijs finalibus expoliatum, vt يَضْرِبُ verberat, لَنْ يَضْرِبَ non verberabit, لَمْ يَضْرِبْ non verberauit.

Quatuor itaque hæ species, inquit, constanter, per dhammam rafaantur, per fatham nasbantur, per Kesram chafdhantur, & per soKun gezmantur regulariter.

Tribus exceptis, nempe plurali fæminino integro, quod irregulariter per Kesram nasbatur, vt رَأَيْتُ ٱلْهِنْدَاتِ vidi Hendas, quod quidem regulariter per fatham esset nasbandum, vt رَأَيْتُ ٱلْهِنْدَاتَ, sed ob rationem supra assignatam, hoc illi minimè conceditur.


Secundo, nomine irreuolubile, quod per fatham irregulariter chafdhatur, vt مَرَرْتُ بِأَحْمَدَ وَمَسَاجِدَ accessi ad Ahmedum, & templa, cum per Kesram iuxta regulam chafdari deberet, sed nequit ob supra dicta impedientia.

Tertio

Tertio, excipitur verbum Modhareum infirmum vltima, quod non gezmatur secundum regulam per soKun ـﺲ, sed per subtractionem literæ, vt لَمْ يَغْزُ non pugnat, لَمْ يَخْشَ non timet, لَمْ يَرْمِ non proijcit, quia nimirum hæ literæ ob earum infirmitatem, iam quiescunt, sed adueniente gezmante, in sui indicium, eas insuper & subtrahi necesse est.



Arabicus



اَلْمَتْنُ　　Arabicus textus.　　اَلْعَرَبِيُّ

وَٱلَّذِي يُعْرَبُ بِٱلْحُرُوفِ أَرْبَعَةُ أَنْوَاعٍ اَلتَّثْنِيَةُ وَ
جَمْعُ ٱلْمُذَكَّرِ ٱلسَّالِمِ وَٱلْأَسْمَاءُ ٱلْخَمْسَةُ وَٱلْأَفْعَالُ
ٱلْخَمْسَةُ وَهِيَ يَفْعَلَانِ وَتَفْعَلَانِ وَيَفْعَلُونَ
وَتَفْعَلُونَ وَتَفْعَلِينَ ۞ فَأَمَّا ٱلتَّثْنِيَةُ فَتُرْفَعُ بِٱلْأَلِفِ
وَتُنْصَبُ وَتُخْفَضُ بِٱلْيَاءِ ۞ وَأَمَّا جَمْعُ ٱلْمُذَكَّرِ
ٱلسَّالِمِ فَيُرْفَعُ بِٱلْوَاوِ وَيُنْصَبُ وَيُخْفَضُ بِٱلْيَاءِ ۞
وَأَمَّا ٱلْأَسْمَاءُ ٱلْخَمْسَةُ فَتُرْفَعُ بِٱلْوَاوِ وَتُنْصَبُ بِٱلْأَلِفِ
وَتُخْفَضُ بِٱلْيَاءِ ۞ وَأَمَّا ٱلْأَفْعَالُ ٱلْخَمْسَةُ فَتُرْفَعُ
بِٱلنُّونِ وَتُنْصَبُ وَتُجْزَمُ بِحَذْفِهَا ۞

أَلتَّرْجَمَةُ　　Latina Interpretatio.　　اَلْأَفْرَنْجِيَّةُ

Et quæ declinantur per literas, quatuor ſunt ſpecierum: Duale, & Plurale maſculinum inte-

grum

grum, & Nomina quinque, & Verba quinque: quæ sunt, operantur duo, operamini duo, & operantur illi, & operamini vos, & operaris tu (fæmina) At Duale rafaatur quippe per ا, & nasbatur, & chafdhatur per ى. Sed plurale masculinum integrum rafaatur per و, & nasbatur, & chafdhatur per ى. Nomina autem quinque rafaantur per و, & nasbantur per ا, & chafdhantur per ى. Sed & Verba quinque rafaantur per ن, & nasbantur, & gezmantur per subtractionem eius.

اَلشَّرْحُ Thomea Expositio. اَلتُّومَاوِي

Vltimas quatuor declinationum species, quæ literis motionum vicarijs declinantur, breuiter hìc explicat: quarum prima, inquit, est duale, quod quidem per ا vice dhammæ rafaatur, vt جَاءَ اَلزَّيْدَانِ venerunt duo Zæidi: & per ى vice fathæ simul nasbatur, vt رَأَيْتُ اَلزَّيْدَيْنِ vidi duos Zæidos: atque chafdhatur vice Kesræ, vt مَرَرْتُ بِالزَّيْدَيْنِ transiui prope duos Zæidos.

Secunda est plurale masculinum integrum, quod per و vice dhammæ rafaatur, vt جَاءَ اَلزَّيْدُونَ venerunt Zæidi: & per ى vice fathæ simul nasbatur, vt

vidi

رَأَيْتُ الزَّيْدِينَ vidi Zæidos : atque giarratur vice ـ Kefræ, vt مَرَرْتُ بِالزَّيْدِينَ accessi ad Zæidos.

Tertia, sunt nomina quinque, quæ per و quoque rafaantur, vt

جَاءَ أَبُوكَ وَأَخُوكَ وَحَمُوكَ وَفُوكَ وَذُومَالٍ

venit pater tuus, frater tuus, &c. Et nasbantur per ا, vt

رَأَيْتُ أَبَاكَ وَأَخَاكَ vidi patrem tuum, & fratrem tuum, &c. Et per ى chafdhantur, vt مَرَرْتُ بِأَبِيكَ وَأَخِيكَ accessi prope patrem tuum, & fratrem tuum, &c.

Quarta species, quæ & octaua in ordine ponitur, ex verbis quinque est, quæ simplici consistentia ن vice dhammæ rafaantur, vt

يَفْعَلَانِ تَفْعَلَانِ يَفْعَلُونَ تَفْعَلُونَ تَفْعَلِينَ

operantur duo, &c. Et subtractione eius vice fathæ, nasbantur, & eadem vice soKun gezmantur, vt

لَنْ يَفْعَلَا لَمْ تَفْعَلَا لَنْ يَفْعَلُوا لَمْ تَفْعَلُوا لَنْ تَفْعَلِي

وَلَمْ تَفْعَلِي non operantur duo, non estis operati vos duo, &c.

Patet igitur breuiter octo esse Declinabiliuum, seu declinationum species apud Arabes : octo quoque earum signa positiua casuum, nempe ـُ dhammam, fatham,

بَ fatham , بِ Kesram , بْ soKun , & واىن priuatiuum vnum , harum scilicet quatuor literarum subtractionem ب .

Et casus earum quatuor tantum , proprijs etiam nominibus expressos , nempe Rafaam nominatiuum agentem ب , Nasbam accusatiuum patientem , Chafdham , seu Giarram , genitiuum , datiuum , ablatiuum exprimentem, & Gezmam Arabibus peculiarem , nulloque nostrorum correspondentem , qui quidem casus primis illis , & quatuor vltimis declinationibus , omnem declinabilitatis formam per sua signa tribuunt .

Quare hic attendas velim , ne horum nomina , cum ب vocalium nominibus confundas , vt quidam faciunt , vocalium arbitrantes esse casuum nomina, & è conuerso , quod falsum est .





المتن Arabicus Textus العربي

۞ باب الأفعال ۞

CAPVT VERBORVM.

الأفعال ثلاثة ماض ومضارع وأمر نحو ضرب و يضرب واضرب فالماضي مفتوح الآخر أبدا والأمر مجزوم الآخر أبدا والمضارع ما كان في أوله إحدى الزوائد الأربع يجمعها قولك أنيت وهو مرفوع أبدا حتى يدخل عليه ناصب أو جازم ۞

الترجمة Latina interpretatio . الإفرنجية

Verba ſunt tria, Præteritum, Præſens, ſeu Futurum, & Imperatiuum; vt verberauit, & verberabit, & verbera. Præteritum autem eſt fathatum vltima ſemper, & Imperatiuum eſt gezmatum

tum vltima ſemper ; & Præſens, ſeu Futurum eſt id, in cuius principio vna eſt, ſuperabundantium quatuor, quas compræhendit dictum tuum. انيت & eſt rafaatum ſemper, quouſque ingrediatur ipſum nasbans, aut gezmans.

التوماوي Thomea expoſitio. الشرح

CVm nomen & verbum Modhareum apud Arabes ſimul declinentur, caſibus eorum, & cum declinationibus, caſuum quoque ſignis, quoad etymologiam in ſuperioribus iam explicatis: in ſequentibus verò præfatorum applicat regulas, ac earum exprimit vſus: & quæ tandem ad ſyntaxin ſpectant, ordine proſequitur.

Et primò à verbo, quo diuiſo, & ea quæ declinantur accepta parte, eius rafaantia, nasbantia, ac gezmantia in hoc capite, breuibus aſſignat.

Deinde nominum rafaata, nasbata, ac chafdhata, eodem ordine, per diuerſa huius libri capitula explicans, vſque in finem operis protenditur.

Verbum inquit itaque triplex eſt, Præteritū, cuius vltima tertiæ perſonæ litera perpetuò fathata eſt, vt ضَرَبَ verberauit.

Et Modhareum, quod in حال præſentem, in اسقبال futurum partitur, vt يضرب verberat, ſiue verberabit.

Et Imperatiuum, cuius quoque vltima gezmata ſemper

 eſt,

est, vt اضرب verbera: primo & vltimo tanquam indeclinabilibus relictis: secundum, nempe Modhareum, tanquam sui propositi scopum illico assumit, ac quatuor sibi pro signo, seruilibus literis nempe انيت personas distinguentibus, ad sui principium adiectis, ipsum more nominis decimari ac inflecti asserit.

Propterea المضرع idest, consimilis, nomen obtinuit, quod scilicet in aliquib. nomini conformetur, ac assimiletur: cuius quidem similitudinis ratio in tribus maximè consistit.

Primò, in conformitate eius cum nomine agentis in motu vocalium, & quiete, ac in ipsamet significatione, vt يضرب verberat, & ضارب verberans est, vtrobique prima est cum fatha, secunda quiescens, tertia cum Kesra, & vltima in casu Rafaæ, & sæpissimè vnum pro altero vsurpatur.

Secundò, in similitudine eius cum eodem in indifferentia, & proprietate: nam sicut ضارب sine articulo, indifferens est & vagum, nec ad aliquem restringitur: & cum articulo statim restringitur, & vni signatæ personæ fit proprium; ita يضرب sine س, aut سوف indifferens est ad tempus præsens, & futurum: sed si horum vnum illi addatur, vt سيضرب statim ad futurum determinatur.

Tertiò

Tertiò, in affinitate eius cum eodem nomine in susceptione literæ ل initio prædicati, cum particula إن suum præcesserit subiectum, sicut إِنَّ زَيْدًا لَضَارِبٌ verè Zæidus est verberans, ita dicere poteris إِنَّ زَيْدًا لَيَضْرِبُ vtique Zæidus verberat.

Propter has ergo verbi Modharei cum nomine affinitates, veluti nomen apud Arabes declinatur: & ex se primitus rafaatum est semper, donec nasbans, aut gezmans illi aduenerit, vt يَضْرِبُ cuius quidem rafaantia, vt communis fert opinio, non est nisi horum absentia: eius verò nasbantia, ac gezmantia, in sequenti textu distinctè numerantur. Cætera de verbis, suo loco diffusius.



العَرَبِيّ	Arabicus Textus.	المَتْن

فَالنَّوَاصِبُ عَشَرَةٌ وَهِيَ أَنْ وَلَنْ وَإِذًا وَكَيْ وَلَامُ كَيْ وَلَامُ الْجُحُودِ وَحَتَّى وَالْجَوَابُ بِالْفَاءِ وَالْوَاوِ وَأَوْ ۞

الأَوْرُبِيَّة	Latina Interpretatio.	التَّرْجَمَة

Nasbantia verò sunt decem, & ipsa sunt: quod, & ne-

& nequaquam, & benè, & vt, & ل vt, & ل negationis, & donec vt, & responsio per ف &, & per و ac, & per او nisi.

الدوماوى Thomea Expositio. الشرح

HAe decem particulæ præcisè verbum Modhareum ـ nasbantes, in duplici sunt differentia. Aliæ per se ـ nasbant, & istæ sunt quatuor primæ. Aliæ per ان post eas subintellectum, & istæ sunt sex vltimæ.

Prima igitur illarum est أن cum fatha, particula quidem nasbans, infinitiua, & cum alijs etiam adiungi potest, quæ suo fungitur officio, siue infinitum eius fuerit rafaatum ـ, vt à يعجبني أن تقوم placet mihi quod surgas, fit per infinitum يعجبني قيامك placet mihi surgere tuum ـ: aut fuerit nasbatum, vt à رغبت أن تقوم summopere optaui quod surgas, fit per infinitum رغبت قيامك optaui surgere, vel surrectionem tuam. Aut fuerit chafdhatum, vt عجبت من أن تقوم admiratus sum quod surgas, reuoluitur per infinitum عجبت من قيامك obstupui de surrectione tua.

Secunda

Secunda est لَنْ particula nasbans, negationis, & futuri, vt لَنْ نَبْرَحَ nequaquam recedemus, & لَنْ أَضْرِبَ nullatenus verberabo: nam & nasbat, & omnimodam futuri actus negationem adducit, vt satis claret.

Tertia est إِذًا vel إِذَنْ vtraque forma vsitatur, diciturque particula nasbans, responsionis, & satisfactionis, tribus seruatis conditionibus.

I. Quod ipsa, huius & similis exhibitionis, vt أَنَا أَزُورُكَ غَدًا ego visitabo te manè, sit immediata responsio, scilicet إِذًا أُكْرِمَكَ optimè, ego honorabo te.

II. Quòd sit initio responsionis, nam non nasbat, scilicet أَنَا إِذًا أُكْرِمُكَ ego benè honorabo te, quia أَنَا ipsam præcedens, impedit.

Et III. Quòd verbum ipsam subsequens, sit futurum, nam non nasbat إِذًا أَظُنُّكَ كَاذِبًا ergo, opinor te mendacem, quia præsens est, sibique sit immediatum, quia inter ea nihil intercedere potest, nisi particula لَا, vt supposita priori interrogatione, respondeatur, إِذَنْ لَا أُهِينَكَ igitur non spernam te: & iuramentum, vt إِذًا وَٱللّٰهِ أُحْسِنَ إِلَيْكَ age, per Deum, benefaciam tibi.

Quarta est كَيْ paticula, inquiunt, infinitiua: quæ quidem non nasbat per se Modhareum, nisi cum illi ل causæ manifestum, vt لِكَيْ vel subintellectum, vt كَيْ præcesserit, ac particula negatiua لا successerit, vt لِكَيْلَا ne: exemplum primi, لِكَيْلَا تَأْسَوْا vt non æmulemini, vbi subtractio ن à تاسوا signum est nasbæ. Exemplum secundi كَيْلَا يَكُونَ ne fiat. Hæ quatuor, vt dictum est, per se nasbant.

Quinta est ل ipsius كَيْ & hæc est prima illlarum, quæ virtute ان post se subintellectæ nasbant, & dicitur ل causalis giarrata, Modhareum nasbans, vt جِئْتُكَ لِأَزُورَكَ veni ad te, vt te visitem: & reiecta ل dici potest جِئْتُكَ كَيْ أَزُورَكَ in eodem sensu. Quamobrem لَامُ كَيْ dicta est, quia eius vice in oratione succedere potest, & resoluitur per ان, vt جِئْتُكَ لِأَنْ أَزُورَكَ in eadem significatione.

Sexta est ل negationis, quæ Modhareum nasbat, dum ei

ei مَاكَانَ , aut لَمْ يَكُونْ præmittitur, à quibus etiam negationis nomen ſumit, vt مَا كَانَ ٱللّٰهُ لِيُعَذِّبَهُمْ non fuit Deus vt affligeret eos: & لَمْ يَكُنِ ٱللّٰهُ لِيَغْفِرَ لَهُمْ non extitit Deus, vt parceret illis, ideſt, Dei voluntas non fuit, vt affligeret, & parceret: & ſimiliter per ان reſoluitur لِأَنْ يَغْفِرَ لَهُمْ & cetera.

Septima eſt حَتَّى quæ futurum nasbat tantum, ſiue tanquam particula contractionis termini, vt حَتَّى يَرْجِعَ إِلَيْنَا مُوسَى quouſque reuertetur ad nos Moyſes: ſiue tanquam particula cauſalis, vt أَسْلِمْ حَتَّى تَدْخُلَ ٱلْجَنَّةَ crede, vt ingrediaris Paradiſum: quæ & per ان reſoluitur أَنْ تَدْخُلَ ٱلْجَنَّةَ &c.

Octaua eſt فَ reſponſiua & cauſalis, quæ Modhareum nasbat per ان poſt ſe ſubintellectam, duabus ſeruatis conditionibus.

I. Quod ipſa فَ ſit ſubſequentium decem orationum, quæ ſibi præmittuntur, reſponſio.

II. Quòd præmiſſæ ſint cauſa ſequentium ipſam. Decem præmittendæ orationes hæc ſunt.

I.

I. لِلْأَمْرِ imperij, ideſt, imperatiua, vt

زُرْنِى فَأُكْرِمَكَ viſita me, quoniam honorabo te.

II. لِلدُّعَاءِ deprecationis, ideſt deprecatiua, vt

اِغْفِرْ لِى يَا رَبِّ فَأَدْخُلَ الْجَنَّةَ parce mihi ò Domine, profectò ingrediar Paradiſum.

III. لِلنَّهْىِ prohibitionis, ideſt prohibitiua, vt

لَا تُخَاصِمْ زَيْدًا فَيَغْضَبَ ne increpes Zæidum, quia indignabitur.

IV. لِلدُّعَاءِ فِى النَّهْىِ deprecationis prohibitiua, vt

لَا تُؤَاخِذْنِى فَأَهْلِكَ ne de me quæſo vlciſcaris, quia peribo.

V. لِلْاِسْتِفْهَامِ interrogationis, vt

هَلْ زَيْدٌ فِى الدَّارِ فَأَمْضِىَ إِلَيْهِ nunquid Zæidus eſt in domo, quia adibo illum.

VI. لِلتَّمَنِّى optationis, vt لَيْتَ لِى مَالًا فَأَحُجَّ مِنْهُ vtinam haberem pecuniam, quia peregrinationem inſtituerem ex ea.

VII.

VII. لِلتَّرَجِّي spei, vt

لَعَلَّ زَيْدًا قَادِمٌ فَأُحْسِنَ إِلَيْهِ fortaſſe Zæidus adueniens eſt, profectò benefaciam illi.

VIII. لِلتَّحْضِيضِ incitationis, vt

هَلَّا أَكْرَمْتَ زَيْدًا فَيَشْكُرَ Nunquid non honoraſti Zæidum! equidem gratias aget.

IX. لِلْعَرْضِ ſupplicationis, ſeu demulſionis, vt


أَلَا تَنْزِلُ عِنْدَنَا فَتُصِيبَ خَيْرًا Eia, non deſcendes ad nos, inuenies quidem bonum.

X. لِلنَّفْيِ negationis, vt لَا يُقْضَى عَلَى زَيْدٍ فَيَمُوتَ Non iudicabitur Zæidus, quia morietur: ideſt, Non condemnabitur ad mortem, quia morietur.

Nona eſt و reſponſionis, & ſimultatis, nasbans Modhareum, dum illorum decem, ſicut ف, ſit reſponſio, & præcedentium, ac ſequentium ſimultatem indicet: nam inter hæc nulla differentia eſt, niſi quòd ف cauſalitatem ſequentium, و verò ſimultatem indicat. Ideo illis eiſdem exemplis ف vti poſſemus in و, ſuo ſeruato ſenſu, ac و copulatiuum, pro ان cauſali poſita.

Decima

Decima est أَوْ exceptionis, & terminationis, nasbans ; vt ceteræ, Modhareum, virtute ان subintellectæ, vt لَأَقْتُلَنَّ ٱلْكَافِرَ أَوْ يُسْلِمَ Certè occidam infidelem, aut credet. Et لَأَلْزِمَنَّكَ أَوْ تُعْطِيَنِي حَقِّي Cogam te certè, aut dabis mihi quod meum est. Hæc sunt decem nasbantia Modhareum tantum.



Arabicus



المتن Arabicus textus . العربي

والجوازم ثمانية عشر وهي لم ولما وألم وألما و
لام الأمر والدعاء ولا في النهي والدعاء وإن
وما ومن ومهما وإذما وأي ومتى وأيان وأين و
أنى وحيثما وكيفما وإذا في الشعر ۞

الترجمة Latina interpretatio . الافرنجية

Et gezmantia ſunt decem & octo, & ipſa ſunt: Non, & Minime, & An non, & Nunquid non, & ل imperij & deprecationis, & Ne in prohibitione & rogatione, & Si, & Quod, & Qui, & Quotieſcunque, & Quum, & Quicunque, & Quando, & Quandocunque, & Vbi, & Vbicunque, & Quocunque, & Quomodo, & Cùm, in carmine.

Thomea

Particulæ verbum Modhareum gezmantes, decem & octo ſunt, quæ in duplici diſtribuuntur claſſe: quædam enim vnum verbum tantum gezmant, & hæ ſunt primæ ſex: quædam verò duo ſimul, & hæ ſunt reliquæ duodecim, quæ ſuis ſingulæ ſingulis fient exemplis manifeſtæ.

Prima in ordine iam præmiſſo eſt لَمْ particula quidem negans, & vnum gezmans verbum, nempe futurum, cuius quoque ſenſum ſtatim in præteritum vertit, vt لَمْ يَلِدِ ٱلْعَاقِرُ Non genuit ſterilis.

Secunda eſt لَمَّا idem prorſus vt لم negans, gezmans, & vertens, vt لَمَّا يَطِرِ ٱلْحِمَارُ Non volauit aſinus.

Tertia eſt أَلَمْ idem quoque, ſed hamza interrngationis ſuperaddita in ſenſu ما, facit vt negatio negationis fiat affirmatio, vt أَلَمْ نَشْرَحْ لَكَ صَدْرَكَ Nunquid non aperuimus tibi pectus tuum, ideſt, ſecretum tuum?

Quarta eſt أَلَمَّا idem ſimiliter, vt أَلَمَّا أُحْسِنْ إِلَيْكَ Nunquid non beneſeci tibi?

Quinta eſt لِ imperatiui, vt لِيُنْفِقْ ذُو سَعَةٍ Expendat, ſeu faciat elæemoſinam diues: & لِ deprecationis, vt

لِيَقْضِ عَلَيْنَا رَبُّكَ Quæso iudicet super nos Dominus tuus.

Sexta & لَا prohibitionis, vt لَا تَقْتُلْ Ne occidas: & لَا rogationis, vt لَا تُؤَاخِذْنَا Ne quæso vindictam sumas de nobis.

Hæ sex vnum siquidem verbum gezmant, sequentes verò duodecim duo simul, nempe primum conditionis :& retributionis seu responsionis vltimum, si vtrumque est futurum, vtrumque gezmant: quæ quidem dictiones, omnes conditionales sunt ac gezmantes: quarum prima, & in ordine

Septima est إِنْ particula conditionalis, gezmans Modhareum prolatione, ideſt actu, per soKun, vt

إِنْ تَضْرِبْنِى أَضْرِبْكَ Si verberabis me, verberabo te: & præteritum loco, ideſt vice seu pronomina, eo quòd soKũ ibi actu esse nõ potest, & ad oppositũ لَمْ sensũ eiusdẽ pteriti vertit in futurum, vt إِنْ قَامَ زَيْدٌ قُمْتُ Si surrexerit Zæidus, surgam.

Octaua est مَا dictio rei expressiua, vt

مَا تَعْمَلْ أَعْمَلْ Quod facies, faciam.

Nona est مَنْ dictio personæ indicatiua, vt

مَنْ يُحْسِنْ إِلَيْكَ أُحْسِنْ إِلَيْهِ Qui, vel quis benefecerit tibi, benefaciam ei.

Decima

Decima est مَهْمَا dictio temporis indeterminati, vt مَهْمَا تَخْرُجْ أَخْرُجْ Quotiescunque, vel quocunque tempore egredieris, egrediar: etiam rei & interrogationis particula.

Vndecima est إِذْمَا particula temporis determinati, vt إِذْمَا تَفْعَلْ أَفْعَلْ Quum operaberis, operabor.

Duodecima est أَيّ dictio qualitatiua, aliquando personæ, aliquando alijs conueniens, vt أَيُّهُمْ يُكْرِمْنِى أُكْرِمْهُ Quisquis, vel quicunque horum me honore afficiet, honorabo eum: & أَىَّ الدَّوَابِّ تَرْكَبْ أَرْكَبْ Quale iumentorum equitabis, equitabo.

Decima tertia est مَتَى dictio temporis determinati, vt مَتَى تَرْجِعْ أَرْجِعْ Quando redibis, redibo.

Decima quarta est أَيَّانَ dictio temporis indeterminati, vt فَأَيَّانَ مَا تَعْدِلْ بِهِ الرِّيحُ يَنْزِلْ Quandocunq. inclinabit eam ventus, cadet, idest, Quocunque momento inclinabit ventus ipsam arborem, cadet quod in ea inuenietur.

Deci-

Decima quinta eſt أَيْنَ dictio loci determinati, vt أَيْنَ تَمُرُّ أَمُرُّ Vbi, vel quò ibis, ibo: & أَيْنَمَا تَكُونُوا يُدْرِكْكُمُ ٱلْمَوْتُ Vbicunque fueritis, apprehendet vos mors.

Decima ſexta eſt أَنَّى dictio loci indeterminati, vt أَنَّى تَأْكُلْ آكُلْ Vbicunque edes, edam.

Decima ſeptima eſt حَيْثُمَا dictio quoque loci indeterminati, vt حَيْثُمَا تَذْهَبْ أَذْهَبْ Quocunque perges, pergam.

Decima octaua eſt كَيْفَمَا dictio modi, ſeu ſtatus rei, vt كَيْفَمَا تَجْلِسْ أَجْلِسْ Quomodo, vel qualiter ſedebis, ſedebo.

Et إِذَا ſupernumeraria in verſu, eſt dictio conditionalis, & gezmans duo verba, ſicut ſupradicta, vt إِذَا تُصِبْكَ خَصَاصَةٌ فَتَحَمَّلْ Cum aduenerit tibi fames vehemens, ſuffer.

De his ſuo loco diffuſius in libro centum caſus agentium: hæcque de rafaantibus, & gezmantibus verbum Modhareum ſufficiant.



۞ باب مرفوعات الأسماء ۞

Caput Rafaatorum Nominum.

المتن | Arabicus Textus. | العربي

المرفوعات سبعة وهي الفاعل والمفعول الذى لم يسم فاعله والمبتدا وخبره واسم كان واخواتها وخبر ان واخواتها والتابع للمرفوع وهو اربعة اشياء النعت والعطف والتوكيد والبدل ۞

الترجمة | Latina Interpretatio. | الافرنجية

Rafaata ſunt ſeptem, & ea ſunt: Agens, & Patiens, cuius non nominatur agens, & Incæptum, & nuncium eius, & nomen verbi كان, & ſororum eius, & Nuncium ان, & ſororum eius; & ſequens rafaa-

rafaatum, quod est quadruplex; Adiectio, & Copulatio, & Roboratio, & Commutatio.

الشَّرْحُ Thomca Expositio. الدُّوماوِي

CAsus agentibus in verbo Modhareo, iam explicatis: in sequentibus nomina, tam in nominatiuo agente, quàm in accusatiuo patiente, & cæteris casibus obliquis constituta enumerat.

Et primò rafaata, scilicet in nominatiuo eleuata, quæ septem sunt, hic explicat; quorum primum est Agens, vt قَامَ زَيْدٌ Surrexit Zæidus.

Secundum Patiens, vt ضُرِبَ زَيْدٌ Verberatus est Zæidus.

Tertium, & quartum Incæptum, & nuncium eius, scilicet, suppositum & appositum, seu subiectū & prædicatum, vt زَيْدٌ قَائِمٌ Zæidus est stans.

Quintum nomen, seu subiectum verbi كَانَ, & sociorum eius, vt كَانَ زَيْدٌ قَائِمًا Fuit Zæidus stans, vbi زَيْدٌ in nominatiuo ponitur.

Sextum Nuncium, seu prædicatum dictionis إِنَّ, & sororum eius, vt إِنَّ زَيْدًا قَائِمٌ Vtique Zæidus est surgens.

Et septimum est sequens ipsa rafaata, quod quidem quadruplex est, scilicet Adiectiuum, quod conforme vocant vt جَاءَ زَيْدٌ الْعَاقِلُ Venit Zæidus intelligens.


Et Copulatum, vt جَاءَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو Venit Zæidus, & Amrus.

Et Roboratum, vt جَاءَ زَيْدٌ نَفْسُهُ Venit Zæidus ipsemet.

Et Commutatum, vt جَاءَ زَيْدٌ أَخُوكَ Venit Zæidus, frater tuus: quia errauit in loquendo, & pro Zæido dixit corrigendo, & commutando, Venit frater tuus. De quibus fusius (quia sua singulis per ordinem capita distribuit Author) in sequentibus dicemus.



Arabicus



۞ بَابُ ٱلْفَاعِلِ ۞

CAPVT AGENTIS.

ٱلْمَتْنُ Arabicus textus. ٱلْعَرَبِيُّ

أَلْفَاعِلُ هُوَ ٱلِٱسْمُ ٱلْمَرْفُوعُ ٱلْمَذْكُورُ قَبْلَهُ فِعْلُهُ وَهُوَ عَلَى قِسْمَيْنِ ظَاهِرٌ وَمُضْمَرٌ فَٱلظَّاهِرُ نَحْوُ قَوْلِكَ قَامَ زَيْدٌ وَيَقُومُ زَيْدٌ وَقَامَ ٱلزَّيْدَانِ وَيَقُومُ ٱلزَّيْدَانِ وَقَامَ ٱلزَّيْدُونَ وَيَقُومُ ٱلزَّيْدُونَ وَقَامَ أَخُوكَ وَيَقُومُ أَخُوكَ ۞ وَٱلْمُضْمَرُ نَحْوُ قَوْلِكَ ضَرَبْتُ وَضَرَبْنَا وَضَرَبْتَ وَضَرَبْتِ وَضَرَبْتُمَا وَضَرَبْتُمْ وَضَرَبْتُنَّ وَضَرَبَ وَضَرَبَتْ وَضَرَبَا وَضَرَبَتَا وَضَرَبُوا وَضَرَبْنَ ۞

Agens eſt nomen rafaatum, commemoratum habens ante ſe verbum ſuum, quodque duplex eſt; Manifeſtum, & ſubinrelle&tum. Manifeſtum, verbi gratia; Stetit Zæidus, & Stat Zæidus, & Steterunt duo Zæidi, & Stant duo Zæidi, & Steterunt Zæidi, & Stant Zæidi, & Surrexit ad ſtandum frater tuus, & Surgit frater tuus. Et Subintelle&tum, vt eſt dicere: Verberaui, Verberauimus, & Verberaſti, & Verberaſti fæmin. & Verberaſtis duo, & duæ, & Verberaſtis vos maſc. & Verberaſtis fæmin. & Verberauit maſc. & Verberauit fæm. & Verberauerunt duo, & Verberauerunt duæ, & Verberauerunt illi, & Verberauerunt illæ.

الدوماوي Thomea Expoſitio. الشرح

Deſcribitur hic Agens, & diuiditur, exemplisque manifeſtatur. In deſcriptione enim tria illi attribuuntur.

Primum quòd ſit Nomen, non Verbum, neque Particula.

Secundum quod ſit rafaatum, non nasbatum, neque giarratum.

Tertium, quòd antepoſitum habeat verbum ſuum, non poſtpoſitum: nam ſi poſtpoſitum foret, vt زيد قام Zæidus

dus ſtetit, ſecundum Grammaticos Zæidus non vltra agens, ſed incæptum diceretur, & قَامَ Nuncium, ac veluti زَيدٌ قَائِمٌ exponeretur in declinationis vſu.

Ex diuiſione autem duplex habetur Agens, ſcilicet, Manifeſtum, & eſt quod voce diſtincta, poſt verbum in oratione exprimitur, vt قَامَ زَيْدٌ &c. quæ ſatis ex textu ſunt clara. Et ſubintellectum, & eſt quod in verbo recluſum, pronomen agentis coniunctum dicitur, ac per indicium primæ, ſecundæ, aut tertiæ perſonæ innuitur, vt ضَرَبْتُ Verberaui ego, &c. quæ patent in litera.

Sed obſeruandum eſt, quod ſicut pro agente manifeſto adduxit exempla de ſingulari, duali, & plurali maſculinis, & vnum ex quinque nominibus defectiuis; tam in præterito, quàm in præſenti, & futuro. Ita poſſunt afferri ſimilia ex fæmininis, vt ſingulare قَامَتْ هِنْدٌ Stetit Henda, & تَقُومُ هِنْدٌ Stat Henda. Et duale قَامَتْ الهِنْدَانِ & تَقُومُ الهِنْدَانِ. Et plurali, vt قَامَتْ الهِنْدَاتُ & تَقُومُ الهِنْدَاتُ. Et ex plurali variationis, vt قَامَتْ الهُنُودُ Steterunt Hendæ, & تَقُومُ الهُنُودُ & قَامَ الرِّجَالُ Steterunt viri, & يَقُومُ الرِّجَالُ &

Stetit

قَامَ ٱلْقَوْمُ Stetit populus, & يَقُومُ ٱلْقَوْمُ &c. In his quidem omnibus Agens est manifestum.

At aduertendum est hìc etiam tam زَيْد, quàm هِنْد, cum sint nomina propria, in singulari non recipere articulum ال, sed statimatque duali, aut plurali numero augentur, communia fiunt, & ideo articulum liberè recipiunt, vt ab exemplis erudimur.

Similiter attendendum est, quòd sicut ex præterito duodecim agentis indicia collegit, ita ex Modhareo totidem possunt colligi, vt أَضْرِبُ Ego verbero, يَضْرِبُ Ille verberat, &c.

Hæc autem tandem dicta sunt de Agente subintellecto coniuncto: sed de Agente subintellecto disiuncto, quod quidem euenit post إِلَّا, aut إِنَّمَا dicitur, vt

مَا ضَرَبَ إِلَّا أَنَا Non verberauit nisi ego: &

مَا ضَرَبَ إِلَّا نَحْنُ Non verberauit nisi nos: &

مَا ضَرَبَ إِلَّا أَنْتَ Non verberauit nisi tu, &

مَا ضَرَبَ إِلَّا أَنْتِ, & مَا ضَرَبَ إِلَّا أَنْتُمَا, &

مَا ضَرَبَ إِلَّا أَنْتُمْ, & مَا ضَرَبَ إِلَّا أَنْتُنَّ, &

ما

& , مَا ضَرَبَ إِلَّا هِيَ & ; مَا ضَرَبَ إِلَّا هُوَ & , مَا ضَرَبَ إِلَّا هُمْ & , مَا ضَرَبَ إِلَّا هُمَا مَا ضَرَبَ إِلَّا هُنَّ .

Similiter dices إِنَّمَا ضَرَبَ أَنَا Non verberauit nisi ego, & إِنَّمَا ضَرَبَ نَحْنُ Non verberauit nisi nos, &c. Hæc in præterito, at in Modhareo, vt مَا يَضْرِبُ إِلَّا أَنَا Non verberat nisi ego, & إِنَّمَا يَضْرِبُ أَنَا Non est qui verberat nisi ego, &c.

Et in imperatiuo non est nisi agens subintellectum coniunctum, vt إِضْرِبْ Verbera tu, & إِضْرِبَا Verberate duo, & إِضْرِبُوا Verberate vos, & إِضْرِبِي Verbera tu fæm. & إِضْرِبَا Verberate duæ, & إِضْرِبْنَ Verberate fæm. Hæc de Agente.



۞ باب المفعول الذى لم يسم فاعله ۞

CAPVT PATIENTIS,

Cuius non est nominatum Agens.

المتن — Arabicus Textus. — العربى

وهو الاسم المرفوع الذى لم يذكر معه فاعله فإن
كان الفعل ماضيا ضم أوله وكسر ما قبل آخره
وإن كان مضارعا ضم أوله وفتح ما قبل آخره وهو
على قسمين ظاهر ومضمر فالظاهر نحو قولك
ضرب زيد ويضرب عمرو وأكرم زيد ويكرم
عمرو والمضمر نحو قولك ضربت وضربنا و
ضربت وضربت وما أشبه ذلك ۞

Latina

Est autem id, nomen rafaatum, cum quo non est commemoratum suum Agens: Si enim verbum fuerit præteritum, dhammata erit prima eius, & kesrata quæ ante vltimam eius est. Et si fuerit futurum, erit affecta dhamma prima eius, & fathata, quæ ante vltimam eius. Quod & duplex est, Manifestum, & Subintellectum. Manifestum enim, vt cum dicis, Verberatus est Zæidus, & Verberatur Amrus: & Honoratus est Zæidus, & Honoratur Amrus. Subintellectum, vt verbi gratia, Verberatus fui, Verberati fuimus, Verberatus fuisti, & Verberata fuit, & his similia.

الشرح Thomeæ Expositio. الدوماوي

Inter rafaata nomina, secundum obtinet locum illud patiens, cuius, inquit, Agens non nominatur: nam verbum, dum in oratione suo priuatur Agente, statim loco eius constituit patiens, eique suas tribuit conditiones, nempe esse rafaatum, & eidem verbo postpositum, vt ضرب زيد Verberatus est Zæidus, cuius originale est ضرب عمرو زيدا, sed quia Agens, nempe عمرو fuit occulta-

cultatum, ideo loco eius زيد substitutum est: sed nihilominus semper apparet patiens, licet Agentis induat similitudinem: nam si verbum duos regat patientes, vt أَعْطَى زَيْدًا دِرْهَمًا Dedit Zæido nummos, semper primus, ac nobilior in nominatiuo effertur; secundus verò in accusatiuo sicuti erat relinquitur, vt أُعْطِيَ زَيْدٌ دِرْهَمًا vbi ex secundi, status arguitur primi. Consequenter pro horum intelligentia, formam verbi passiui in prima & penultima radicis litera, spectandam, tam in præterito, quàm in Modhareo verbi sani, per vocalium notas actualiter assignat, vt ضُرِبَ Verberatus est, أُكْرِمَ Honoratus est, دُحْرِجَ Reuolutus est, &c. dhammata prima, & penultima Kesrata in præterito: & يُضْرَبُ Verberatur, يُكْرَمُ Honoratur, يُدَحْرَجُ Reuoluitur: dhammata prima, & penultima fathata in Modhareo. Et in verbis infirmis virtualiter, vt قِيلَ Dictum est, بِيعَ Venditum est, شُدَّ Roboratum est, in præterito: at in Modhareo, vt يُقَالُ, & يُبَاعُ, & يُشَدُّ nec de eius imperatiuo fit mentio, quia passiui formam abhorret.

Per ordinem igitur, quādo in oratione occultatur Agens, vicem eius primo supplet Patiens, vt dictum est.

Et si

Et si Patiens quoque ibi non fuerit, vicem ipsius Agentis supplebit infinitum, vt ضُرِبَ ضَرْبٌ شَدِيدٌ Verberatum est verberatione vehementi.

Et si hoc non aderit, circunstantia temporis pro eo subintrabit, vt صِيمَ يَوْمُ ٱلسَّبْتِ Ieiunandum est die Sabbati.

Et si hæc quoque defecerit, surget vice eius loci circunstantia, vt جُلِسَ مَكَانُكَ Occupatus fuit locus tuus.

Et si hæc tandem deerit, aderit denique supplens vicem Agentis, giarrans & giarratum. vt غُضِبَ عَلَى زَيْدٍ Indignatus est contra Zæidum, vbi عَلَى زَيْدٍ dicitur rafaatum مَحَلًّا loco, non signo, quia عَلَى giarrans est, & زَيْدٍ giarratum.

Patiens autem istud, tanquam agentis substitutum, non solum eandem sibi diuisionem facit, nempe esse aliud manifestum, aliudue subintellectum: sed & omnia, quæ sub hac diuisione de agente ibi actiuè dicta sunt, hic de se passiuè vult dici, vt de singulari in verbo puro ضُرِبَ وَيُضْرَبُ زَيْدٌ, & in addito, vt أُكْرِمَ وَيُكْرَمُ عَمْرٌو, & de duali, & plurali, vt ضُرِبَ وَيُضْرَبُ ٱلزَّيْدَانِ وَٱلزَّيْدُونَ

& in


& in defectiuo, vt ضُرِبَ وَيُضْرَبُ أَخُوكَ, & in singulari fæminino, vt ضُرِبَتْ وَتُضْرَبُ هِنْدٌ, & in duali, & plurali, vt ضُرِبَتْ وَتُضْرَبُ الْهِنْدَانِ وَالْهِنْدَاتُ & in plurali masculino variato, vt ضُرِبَ وَيُضْرَبُ الرِّجَالُ, & in plurali fæminino variato, vt ضُرِبَتْ وَتُضْرَبُ الْهُنُودُ. Hæc de Patiente manifesto.

Patiens autem subintellectum, ipsum quoque est duplex, videlicet, coniunctum, & disiunctum. Coniunctum, vt ضُرِبْتُ Verberatus fui, ضُرِبْنَا Verberati fuimus, ضُرِبْتَ Verberatus fuisti, ضُرِبْتِ Verberata fuisti, ضُرِبْتُمَا Verberati fuistis duo, vel duæ, ضُرِبْتُمْ Verberati fuistis, ضُرِبْتُنَّ Verberatæ fuistis, ضُرِبَ Verberatus fuit, ضُرِبَتْ Verberata fuit, ضُرِبَا Verberati fuerunt duo, ضُرِبَتَا Verberatæ fuerunt duæ, ضُرِبُوا Verberati fuerunt, ضُرِبْنَ Verberatæ fuerunt,


Disiun-

Disiunctum verò, vt مَا ضُرِبَ إِلَّا أَنَا Non verberatus fuit nisi ego, مَا ضُرِبَ إِلَّا نَحْنُ Non verberatus fuit nisi nos, مَا ضُرِبَ إِلَّا أَنْتَ Non verberatus fuit nisi tu &c. Vel إِنَّمَا ضُرِبَ أَنَا Non verberatus fuit nisi ego, إِنَّمَا ضُرِبَ نَحْنُ Non fuit verberatus nisi nos, إِنَّمَا ضُرِبَ أَنْتَ Non fuit verberatus nisi tu, &c.

Patet igitur qualiter Patiens istud vicem agētis suppleat, ac primo inter rafaata collocatum, quomodo proinde sequentes eius conditiones recipiat.



Caput



۞ بَابُ ٱلْمُبْتَدَاءِ وَٱلْخَبَرِ ۞

Caput Incæpti, & Nuncij.

ٱلْمَتْنُ — Arabicus Textus: — ٱلْعَرَبِيُّ

أَلْمُبْتَدَاءُ هُوَ ٱلِاسْمُ ٱلْمَرْفُوعُ ٱلْعَارِى عَنِ ٱلْعَوَامِلِ
ٱللَّفْظِيَّةِ وَٱلْخَبَرُ هُوَ ٱلِاسْمُ ٱلْمَرْفُوعُ ٱلْمُسْنَدُ إِلَيْهِ نَحْوُ
قَوْلِكَ زَيْدٌ قَائِمٌ وَٱلزَّيْدَانِ قَائِمَانِ وَٱلزَّيْدُونَ
قَائِمُونَ ۞ وَٱلْمُبْتَدَاءُ قِسْمَانِ ظَاهِرٌ وَمُضْمَرٌ
فَٱلظَّاهِرُ مَا تَقَدَّمَ ذِكْرُهُ وَٱلْمُضْمَرُ ٱثْنَا عَشَرَ وَهِىَ
أَنَا وَنَحْنُ وَأَنْتَ وَأَنْتِ وَأَنْتُمَا وَأَنْتُمْ وَأَنْتُنَّ
وَهُوَ وَهِىَ وَهُمَا وَهُمْ وَهُنَّ نَحْوُ قَوْلِكَ أَنَا قَائِمٌ وَ
نَحْنُ قَائِمُونَ وَمَا أَشْبَهَ ذٰلِكَ ۞ وَٱلْخَبَرُ قِسْمَانِ

Incæptum

مُفْرَدٌ وَغَيْرُ مُفْرَدٍ فَالْمُفْرَدُ نَحْوُ قَوْلِكَ زَيْدٌ قَائِمٌ ۞ وَغَيْرُ الْمُفْرَدِ أَرْبَعَةُ أَشْيَاءٍ الْجَارُ وَالْمَجْرُورُ وَالظَّرْفُ وَالْفِعْلُ مَعَ فَاعِلِهِ وَالْمُبْتَدَاءُ مَعَ خَبَرِهِ نَحْوُ قَوْلِكَ زَيْدٌ فِي الدَّارِ وَزَيْدٌ عِنْدَكَ وَزَيْدٌ قَامَ أَبُوهُ وَزَيْدٌ جَارِيَتُهُ ذَاهِبَةٌ ۞

الترجمة　　Latina Interpretatio.　　الافرنجية

Incæptum eſt nomen rafaatum, nudum à regentibus pronunciatiuis; & Nuncium eſt nomen rafaatum ei innixum: verbi gratia Zæidus (eſt) ſtans, & duo Zeidi (ſunt) ſtantes, & Zæidi (ſunt) ſtantes. Incæptum autem eſt duplex, Manifeſtum, & Immanifeſtum; Manifeſtum enim eſt id, cuius præceſſit mentio. Immanifeſta verò ſunt duodecim, vtputa: ego, & nos, & tu, & tu fem. & vos duo vel duæ, & vos, & vos fæm. ille, & illa, & illi duo vel duæ, & illi, & illæ: vt cùm dicis; ego ſum ſtans, & nos ſumus ſtantes, & quod aſſimilatum eſt his. At Nuncium eſt duplex, Simplex, & non Simplex. Simplex enim eſt, verbi gratia, Zæidus eſt ſtans: & non Simplex, eſt quadruplex: Giarrans, & Giarratum, & Circumſtantia, & Verbum cum agente ſuo, & In-

cæptum cum Nuncio ſuò : vt cùm dicis ; Zæidus eſt in domo, & Zæidus eſt apud te, & Zeidus ſtetit pater eius, & Zæidus ancilla eius eſt abiens.

الدوماوي Thomea expoſitio. الشرح

INcæptum & Nuncium, tertium & quartum raſaatorum nominum occupant locum, & nihil aliud ſonant quàm ſuppoſitum & appoſitum, vel ſubiectum, & prædicatum. Dicitur autem Incæptum, ſeu Inchoatum paſſiuè, quia eo abſolutè incipitur, & initium fandi ſumitur ab Oratore : Nuncium verò in neutro, quia eſt, quod de eo enunciatur, ac dicitur : vtriuſque deſcribit naturam, ſed minus appoſitè illam ipſius Nuncij inquiunt Expoſitores : Incæptum ergo perpetuò nomen eſſe cenſetur, non verbum, neque particula : raſaatum ſemper, non naſbatum, neque chafdhatum : nudum à regentibus, ſeu caſus agentibus prolatiuis, ad differentiam agentis & nominis كان ac ſororum eius, quæ expreſſa exigunt ſuorum agentia caſuum, nempe Verbum.

Hoc autem Incæptum nomen vel eſt expreſſum in Oratione, vt زيد قائم Zæidus eſt ſtans ; vel eſt interpretatum, vt أن تصوموا خير لكم Quòd ieiunetis bonum eſt vobis : nam تصوموا quod eſt verbum, interpretatur nomen, & vt inchoatum exponitur hoc modo, صيامكم خير لكم Ieiunium veſtrum bonum eſt vobis,

Sed ſciendum eſt, quòd Incæptum, licèt regulariter in Oratione ſuo anteponatur Nuncio, quandoque tamen idem manens permiſſiuè poſtponi poteſt, vt قَائِمٌ زَيْدٌ Stans eſt Zæidus, & عَاقِلٌ أَنْتَ Prudens es tu, & فِي ٱلدَّارِ عَمْرٌو In domo eſt Amrus, vbi Incæptum prolatione quidem eſt poſtpoſitum, ſed ſenſu verè antepoſitum.

Sed quandoque neceſſariò poſtponitur, vt poſt ſequentes interrogationis voces, nimirum أَيْنَ ٱلْكَرِيمُ ٱلْمُنْعِمُ Vbi nam eſt generoſus beneficus? & كَيْفَ ٱلْمَرِيضُ Quomodo ſe habet infirmus? & مَتَى ٱلْمُنْصَرِفُ Quando eſt ille abiens? vbi Incæptum idem manens neceſſariò poſtponitur, & dictiones iſtæ أَيْنَ, & كَيْفَ, & مَتَى Nuncij munus, & eiuſdem Incæpti locum aſſumunt.

Quandoque verò & poſtponitur, & variatur, vtpote ſi interrogatiua أَ, vel negatiua مَا, aut لَيْسَ prædicato ſingulari, ſequente ſubiecto dualis vel pluralis numeri, præponantur: exempli gratia أَقَائِمٌ ٱلزَّيْدَانِ Nunquid ſtantes ſunt duo Zæidi? & مَا قَائِمٌ ٱلزَّيْدُونَ Non ſunt ſtantes Zæidi, & لَيْسَ مَضْرُوبٌ ٱلرَّجُلَانِ Non ſunt

 verbe-

verberati duo viri, &c. vbi tam أقايم, quàm ماقايم, & ليس مضروب quæ erant Nuncia, antepoſita ſtatim fiunt Incæpta, ac præfata dualia & pluralia ſubſtantiua tanquam Nuncia regunt, ac rafant: quod ſecus accidit, ſi vtraque in numero concordant, nam illico ad priſtinum redeunt ſtatum, & ſi Incæptum ſit poſtpoſitum, vt أَقَائِمَانِ ٱلزَّيْدَانِ Num ſtantes ſunt duo Zæidi? &c.

Quando autem Incæptum & Nuncium in تعريف, & تنكير coæquantur, libera eſt permutatio: qualecunque enim præmiſeris erit Incæptum, & qualecunque poſtpoſueris Nuncium, vt زَيْدٌ صَدِيقُكَ Zæidus eſt amicus tuus, & خَيْرٌ مِنْ زَيْدٍ Melior eſt Zæido, &c.

Quando denique Nuncium fuerit complexum nominale, vt زَيْدٌ أَخُوهُ حَكِيمٌ Zæidus frater ſuus eſt ſapiens: vel verbale cum nomine, non cum pronomine, ſiue ſimplex fuerit, vt عَمْرٌو جَاءَ ٱبْنُهُ Amrus venit filius eius: ſiue compoſitum, vt زَيْدٌ إِنْ جَاءَنِي مُعَلِّمُهُ أُكْرِمْهُ Zæidus ſi venerit ad me, magiſter eius, honorabo eum: tunc nullo modo Incæptum poſtponi poteſt, ſed ſemper præponitur, vt ex allatis claret exemplis.

Nuncium

Nuncium verò, inquit, similiter est nomen rafaatum, ac ipsi Incæpto inhærens: vel potius Nuncium est pars completiua orationis ipsi Incæpto iuncta, vt زَيدٌ قَائِمٌ Zæidus est stans: Zæidus enim dicitur Incæptum, ac rafaatum per ipsam incæptionem, & stans, Nuncium eius, sed rafaatum per ipsum Incæptum, à quo sustentatur; & اَلزَّيْدَانِ قَائِمَانِ Duo Zæidi sunt stantes, & اَلزَّيْدُونَ قَائِمُونَ Zæidi sunt stantes, & plurale variationis اَلزُّيُودُ قِيَامٌ Zæidi sunt stantes: & هِنْدٌ قَائِمَةٌ Henda est stans, & هِنْدَانِ قَائِمَتَانِ Duæ Hendæ sunt stantes, & اَلْهِنْدَاتُ قَائِمَاتٌ Hendæ sunt stantes: & plurale variationis اَلْهُنُودُ قِيَامٌ Hendæ sunt stantes.

Incæptum autem est duplex, Manifestum, & Immanifestum: Manifestum namque iam præcessit explicatio in exemplis, scilicet زيد قايم, & الزيدان قايمان, & الزيدون قايمون, &c. Sed Immanifesti disiuncti duodecim sunt partes, videlicet duodecim Pronominum personalium voces, vt أَنَا قَائِمٌ Ego sum stans, & نَحْنُ قَائِمُونَ Nos sumus stantes, & أَنْتَ قَائِمٌ Tu es

stans

ſtans, & أَنْتِ قَائِمَةٌ fæmin. Tu es ſtans, & أَنْتُمَا قَائِمَانِ Vos duo vel duæ eſtis ſtantes, & أَنْتُمْ قَائِمُونَ Vos eſtis ſtantes, & أَنْتُنَّ قَائِمَاتٌ fæm. Vos eſtis ſtantes, & هُوَ قَائِمٌ Ipſe eſt ſtans, هِيَ قَائِمَةٌ Ipſa eſt ſtans, & هُمَا قَائِمَانِ Ambo vel ambæ ſunt ſtantes. هُمْ قَائِمُونَ Ipſi ſunt ſtantes, & هُنَّ قَائِمَاتٌ Ipſæ ſunt ſtantes.

Nuncium ſimiliter eſt duplex, ſimplex, & non ſimplex. Simplex enim hic, vel ſingulare, non accipitur, vt contra duale & plurale diſtinguitur, ſed vt complexo opponitur, vel ei ſimili: nam Nuncium vel ſingulare eſt, ideſt Simplex, vt زَيْدٌ قَائِمٌ Zæidus eſt ſtans, & اَلزَّيْدَانِ قَائِمَانِ Duo Zæidi ſunt ſtantes, & اَلزَّيْدُونَ قَائِمُونَ Zæidi ſunt ſtantes, &c.

Vel non Simplex, ideſt compoſitum, ſeu complexum perfectum, aut ei ſimile: quod quidem quadruplex eſt, vt ex litera patet.

Dicitur autem complexum, quia ex verbo vel ex nomine expreſſo integratur: & hoc eſt duplex, verbale, vt

زَيْدٌ قَامَ أَبُوهُ Zæidus surrexit pater eius, & nominale,

vt زَيْدٌ جَارِيَتُهُ ذَاهِبَةٌ Zæidus famula ipsius est abiẽs.

Vtrobique enim Zæidus est inceptum, & totum quod sequitur Nuncium complexum, in prima namque oratione, quia per verbum incipit, vtpote, Surrexit pater eius, dicitur verbale: & in secunda, quia per nomen, videlicet, Famula ipsius est abiens, appellatur nominale.

Sed si ex tribus constat inceptis, & nuncio, vt

زَيْدٌ أَبُوهُ غُلَامُهُ مُنْطَلِقٌ Zæidus est cuius pater seruus eius est abiens: secundum, & tertium respectu nuncij, scilicet منطلق dicuntur incæpta, sed respectu primi, scilicet زيد nuncia, quatenus vnà cum منطلق faciunt vnum nuncium complexum.

Ei verò simile etiam est duplex, vel giarratum, vt

زَيْدٌ فِي ٱلدَّارِ Zæidus est in domo.

Vel loci circumstantia affectum, vt زَيْدٌ عِنْدَكَ Zæidus apud te: in quibus Zæidus similiter est inceptum. & tam فِي الدار quàm عندك nuncium complexum simile perfecto, appellatur: quia necessario per subintel-

 lectam

lectam verbalem copulam integrari præſumitur, vt زَيْدٌ كَائِنٌ فِي ٱلدَّارِ Zæidus exiſtens eſt in domo, vel زَيْدٌ مُسْتَقِرٌّ عِنْدَكَ Zæidus eſt exiſtens apud te. Hæc de Incæpto, & Nuncio.





بَابُ ٱلْعَوَامِلِ ٱلدَّاخِلَةِ عَلَى ٱلْمُبْتَدَاءِ وَٱلْخَبَرِ ۞

CAPVT AGENTIVM CASVS, Ingredientium Incæptum & Nuncium.

أَلْمَتْنُ — Arabicus Textus. — ٱلْعَرَبِيُّ

وَهِيَ ثَلَاثَةُ أَشْيَآءٍ كَانَ وَأَخَوَاتُهَا وَإِنَّ وَأَخَوَاتُهَا وَظَنَنْتُ وَأَخَوَاتُهَا ۞

فَأَمَّا كَانَ وَأَخَوَاتُهَا فَإِنَّهَا تَرْفَعُ ٱلْإِسْمَ وَتَنْصِبُ ٱلْخَبَرَ وَهِيَ كَانَ وَأَمْسَى وَأَصْبَحَ وَأَضْحَى وَظَلَّ وَبَاتَ وَصَارَ وَلَيْسَ وَمَا زَالَ وَمَا ٱنْفَكَّ وَمَا فَتِئَ وَمَا بَرِحَ وَمَا دَامَ وَمَا تَصَرَّفَ مِنْهَا نَحْوَ كَانَ وَيَكُونُ وَكُنْ وَأَصْبَحَ

عمرو

وَتُصْبِحُ وَأَصْبَحَ تَقُولُ كَانَ زَيْدٌ قَائِمًا وَلَيْسَ عَمْرٌو سَاخِصًا وَمَا أَشْبَهُ ذٰلِكَ ۞

وَأَمَّا إِنَّ وَأَخَوَاتُهَا فَإِنَّهَا تَنْصِبُ ٱلْإِسْمَ وَتَرْفَعُ ٱلْخَبَرَ وَهِيَ إِنَّ وَأَنَّ وَلٰكِنَّ وَكَأَنَّ وَلَيْتَ وَلَعَلَّ تَقُولُ إِنَّ زَيْدًا قَائِمٌ وَلَيْتَ عَمْرًا سَاخِصٌ وَمَعْنَى إِنَّ وَأَنَّ لِلتَّوْكِيدِ وَلٰكِنَّ لِلْإِسْتِدْرَاكِ وَكَأَنَّ لِلتَّشْبِيهِ وَلَيْتَ لِلتَّمَنِّي وَلَعَلَّ لِلتَّرَجِّي وَللتَّوَقُّعِ ۞

وَأَمَّا ظَنَنْتُ وَأَخَوَاتُهَا فَإِنَّهَا تَنْصِبُ ٱلْمُبْتَدَاءَ وَٱلْخَبَرَ عَلَى أَنَّهُمَا مَفْعُولَانِ لَهَا وَهِيَ ظَنَنْتُ وَحَسِبْتُ وَخِلْتُ وَزَعَمْتُ وَرَأَيْتُ وَعَلِمْتُ وَوَجَدْتُ وَٱتَّخَذْتُ وَجَعَلْتُ وَسَمِعْتُ تَقُولُ ظَنَنْتُ زَيْدًا مُنْطَلِقًا وَخِلْتُ عَمْرًا سَاخِصًا وَمَا أَشْبَهُ ذٰلِكَ ۞

Et ea ſunt tria, كان Fuit, & ſorores eius; & ان Sanè, & ſorores eius; & ظننت Arbitratus ſum, & ſorores eius.

كان autem, & eius ſorores, ipſæ equidem rafant nomen, & nasbant nuncium; & eæ ſunt, Fuit, & Veſperi ſeu Serò fuit, & Manè ſeu Citò fuit, & Tempeſtiuè fuit, & Die manſit, & Pernoctauit, & Factus eſt, & Non fuit, Perdurauit, & مابرح, & مافتئ, & ماانفك Non deſijt eſſe, & Quandiu fuit, & quidquid inflectitur ex ijs; vt Fuit, & Erit, & Eſto, & Citò fuit, & Citò erit, & Citò eſto. Dices; Fuit Zæidus ſtans, & Non fuit Amrus abiens, & his ſimilia.

ان verò, & ſorores eius, ipſæ enim nasbant nomen, & rafant nuncium; & eæ ſunt Etenim & Quòd, & Sed, & Sicut, & Vtinam, & Fortaſſis. Dices: Etenim Zæidus eſt ſtans, & Vtinam Amrus proficiſcatur. At إن, & أن ſunt corroborationis, & لكن retentionis, & كأن ſimilitudinis, & ليت optationis, & لعلّ ſpei (particulæ.)

At

At ظننت & sorores eius, ipsæ namque nasbant Incæptum, & Nuncium, eò quòd ambo sunt patientia eis: & sunt, Arbitratus sum, & Existimaui, & Imaginatus sum; & Opinatus sum, & Vidi, & Cognoui, & Inueni, & Appræhendi, & Statui, & Audiui. Dices; Arbitratus sum Zæidum ambulantem, & Imaginatus sum Amrum abeuntem, &c.

الدوماوى Thomea Expositio. الشرح

CApu hoc de Agentibus casus, in Incæpto & Nuncio præcipuè inscribitur: quæ quidem ad tria, vt ex litera patet, summatim reducuntur.

Sed obseruandum est, quòd Agentia ipsa in duplici sunt differentia, alia Sensiflua, alia Prolatiua.

Prolatiua enim sunt verbum, vel ei simile, seu particula, de quibus suo loco diffusè.

Sensiflua verò Modharei, vel Incæpti dicuntur, quæ nimirum ex proprio vtriusque sensu, absque alio adminiculo, in casu nominatiuo primitus se constituunt, vt يضرب & زيد قائم &c. Sed si addatur verbum, vel ei simile, vt hoc loco contingit, non amplius Incæptum, sed nomen vocatur, quia non iam sensifluo, sed prolato Agente seu Regente vtitur, vt ex textu claret.

Primum igitur horum trium, verba tredecim præcipuè complectitur, quæ deficientia dicuntur, eò quòd significatio eorum, licet tempus indicet, operationem tamen quæ sensum reddit perfectum, nequaquam innuunt, veluti

Verbe-

ضَرَبَ زَيْدٌ Verberauit Zæidus, pro eo quòd ضرب est verbum perfectum, non tantum tempus præteritum, verum & operationem in eo factam exprimit. Sed imperfectum, vt كَانَ زَيْدٌ Fuit Zæidus, licèt tempus præteritum indicet, quid tamen in eo factum sit non manifestat: Ideoque ipsum cum suis hìc enumeratis similibus deficiens appellant. Hinc vt sensum perfectum constituant, eis Nuncium, quod actionis vicem gerit, superaddunt, vt كَانَ زَيْدٌ عَالِمًا Fuit Zæidus sapiens.

Ex his autem tredecim, quæ nomen rafaant, & Nuncium nasbant: octo prima simplicia dicuntur, quatuor verò sequentia in principio negatione sunt affecta, & vltimum, مَا infinitiua temporali additum.

Primum simplicium ponitur كَانَ, cuius duo præcipuè sunt sensus, vnus sempiternitatis in Deo, vt كَانَ ٱللّٰهُ Fuit Deus, idest, semper extitit: & euiternitatis, seu stabilitatis in aliquibus creaturis, vt كَانَ ٱلنُّورُ Fuit lux, idest, creata persistit: & euentus, vt كَانَ ٱلْمَطَرُ Fuit pluuia, idest, accidit seu euenit. Et sic in hoc primo sensu, quatenus كان est verbum substantiuum, quod indicat esse rei, siue existentiam vel euentum, appellatur verbum perfectum: quatenus verò facit connexionem inter subiectum, & prædicatum, vel inter ea verbalem copulam exercet, semper verbum deficiens dicitur, vt كَانَ ٱللّٰهُ عَلِيمًا idest, Deus est sapientissimus, &c.

Simili

Simili quoque modo امسى , & اصبح , & اضحى perfecta veniunt, quando videlicet cum eis propria intenduntur momenta, scilicet Serò, Mane, Dies, Fuit. Defectiua verò & ipsa ad modum nunc dictum.

Secundus verò sensus est transitionis, seu fluxionis, vt

كَانَ ٱلشَّيْخُ شَابًّا Senex fuit iuuenis,

كَانَ ٱلْأَمِيرُ رَاكِبًا Fuit princeps equitans, &

يَكُونُ ٱلرَّسُولُ شَهِيدًا Est Apostolus testis, &

كُنْ عَالِمًا Esto sapiens.

Secundum est امسى, quod quidem, inquiunt, est ad denominandum enunciatum, de quo per Nuncium in Vespere, vel Serò, idest ad denominandum subiectum tale per prædicatum, in assignato tempore tali, vt

أَمْسَى زَيْدٌ غَنِيًّا Serò Zæidus fuit diues, &

يُمْسِي زَيْدٌ مَاشِيًا Vespere Zæidus est ambulans, &

أَمْسِ كَاتِبًا Serò esto scriba.

Tertium est اصبح, denominatque subiectum mediante prædicato tale esse, Manè, siue Citò, vt

أَصْبَحَ ٱلْبَرْدُ شَدِيدًا Mane fuit frigus vehemens, &

Citò

يُصْبِحُ زَيْدٌ عَالِمًا Citò eſt Zæidus ſapiens, &
أَصْبِحْ عَاقِلًا Citò eſto prudens.

Quartum eſt أَضْحَى denominans ſuppoſitum tale per appoſitum ſuum, In die, ſiue Poſt ſolis ortum, aut Tempeſtiuè, vt أَضْحَى ٱلْفَقِيهُ وَرِعًا Tempeſtiuè literatus fuit caſtus, & يُضْحِي ٱلْأَمِيرُ رَاكِبًا Poſt Solis ortum princeps eſt equitans, & أَضْحِ مُصَلِّيًا Hora tertia eſto orans.

Quintum ظَلَّ idem denominat tota die, ſiue in decurſu diei, vt ظَلَّ بَكْرٌ مُقِيمًا Tota die fuit Bacrus erectus, & يَظَلُّ عَمْرٌو صَائِمًا Tranſit diem Amrus ieiunus, & اِظْلَلْ فَرْحَانًا Eſto die tota hilaris.

Sextum بَاتَ idem denominat, Noctu, vel Pernoctando, vt بَاتَ زَيْدٌ سَاهِرًا Pernoctauit Zæidus vigilans, & يَبِيتُ مُحَمَّدٌ سَكْرَانًا Tota nocte Mohammedes eſt

eſt ebrius, & بِتْ عُرْيَانًا Pernocta nudus.

Septimum eſt صَارَ, quod quidem mutabilitatem ſubiecti de vno ad alium ſtatum denotat per noui prædicati acceſſum, quod in illo priori ſtatu de ipſo non dicebatur, vt صَارَ ٱلْعَجِينُ خُبْزًا Paſta facta eſt panis, & يَصِيرُ ٱلطِّينُ خَزَفًا Lutum fit lagena, ideſt, tranſit in lagenam, & صِرْ تَائِبًا Eſto, vel fias pœnitens. Hinc differentia maxima eſt inter كَانَ, & صَارَ, quia hoc mutabilitatem, vt plurimum in præſenti, & illud ſtabilitatem deſignat in præterito: nam benè dicis كَانَ ٱللّٰهُ عَلِيمًا Fuit Deus ſapientiſſimus, non autem صَارَ ٱللّٰهُ عَلِيمًا Factus eſt Deus ſapientiſſimus: indicaret namque in aliquo priori ſtatu Deum ſapientiſſimum non fuiſſe, deinde factum eſſe, quod factum eſt.

Octauum eſt لَيْسَ, quod negationem communiter ſignificat, ſicut enim apud Arabes reperitur كَانَ verbum ſubſtantiuum, quod rem eſſe indicat, ita inuenitur لَيْسَ verbum negatiuum, quod rem non eſſe indifferenter denotat, vt لَيْسَ ٱلْعَالَمُ خَالِقًا Non fuit mundus creator, & لَيْسَ أَبُوكَ ذَاهِبًا Non fuit pater tuus abiẽs.

Caret

Caret quoque Modhareo, Imfinitiuo, & Imperatiuo: eius tantum Præteritum reperitur apud Arabes sic, vt

لَيْسُوا	لَيْسَا	لَيْسَ	masc.
Non fuerunt.	Non fuerunt duo.	Non fuit ille.	
لَسْنَ	لَيْسَتَا	لَيْسَتْ	fæm.
Non fuerunt illæ.	Non fuerũt duæ.	Non fuit illa.	
لَسْتُمْ	لَسْتُمَا	لَسْتَ	masc.
Non fuistis.	Non fuistis duo.	Non fuisti.	
لَسْتُنَّ	لَسْتُمَا	لَسْتِ	fæm.
Non fuistis.	Non fuistis duæ.	Non fuisti.	
	لَسْنَا	لَسْتُ	com.
	Non fuimus.	Non fui.	

Communis Grammaticorum opinio circa hanc vocem ليس est, quòd connexionem orationis in præsenti tempore neget, vt لَيْسَ زَيْدٌ قَائِمًا Non est Zæidus stans, idest, nunc. Sed doctissimus Sybaueihas, inquit, indifferenter negare: quandoque in præsenti, vt dictum est, quandoque in futuro, vt الا يوم يأتيهم ليس مصروفا عنهم quandoque verò in præterito, vt ليس خلق الله مثله. Quando autem negat in præsenti, eius quoque Nuncio apponi

poni solet præpositio ب & hoc ad ipsam corroborandam negationem, vt ليس عثمان بفاضل Nequaquam Othmanus est virtute præditus, & ليس الله بكاف Nequaquam Deus est indigens, idest, nullius indiget, seipso contentus est, sibique ipsi sufficit.

Diuisio secunda eorum quatuor est, quæ negatione in principio sunt affecta, quæ quidem cum ex propria impositione quandam cessationem, ac negationem importent, & negatio negationis sit valida affirmatio. Per hæc siquidem verba, non nisi stabilitas quædam, ac solida duratio eius quæ per prædicatum de subiecto dicitur, insinuatur: qua negatione sublata, verba non defectiua, sed perfecta fiunt, vt in ordine.

Nonum est مازال Non cessauit, idest Perstitit, Fuit semper, Perpetuauit, dicitur مازال زيد غنيا Fuit semper Zæidus diues: & مازال عمرو مسرورا Perstitit Amrus hilaris, & ولا يزالون مختلفين Et persistent dissentientes. In Modhareo namque si cum و iuxta communem modum formaretur, verbum deficiens non foret, sed perfectum: non enim dicere potes لا يزول زيد امرا sed benè dices لا يزال زيد اميرا Permanet Zæidus Princeps. Huius autem, ac sequentium quatuor imperatiuum, Arabibus non est in vsu, quia inauditum.

Decimum

Decimum est ما انفك idem, vt

مَا أَنْفَكَّ عَمْرٌو كَرِيمًا Perstitit Amrus honorabilis, vel liberalis, لَا يَنْفَكُّ خَالِدٌ جَالِسًا Permanet Chaledus sedens: huius verò sensus principalis est انفصل Separatus est.

Vndecimum est ما فتئ idem, vt مَا فَتِئَ بَكْرٌ قَارِئًا Permansit Bacrus legens, & لَا يَفْتَأُ سُلَيْمَانُ جَوَادًا Perstat Salomon munificus, bonus.

Duodecimum est ما برح idem, vt مَا بَرِحَ مُوسَى صَالِحًا Perstitit Moyses bonus, & لَنْ نَبْرَحَ عَلَيْهِ عَاكِفِينَ Perseueramus, in eo consistentes. Huiusuè sensus originalis est زال è loco.

Decimum tertium, & vltimum est ما دام hæc particula ما, hic non est negatiua, vt dictum est, sed infinitiua & temporalis, idest, Quandiu, vel Dum, vt لَا أَفْعَلُ ذَاكَ مَا دَامَ زَيْدٌ مُقِيمًا Non faciam hoc, dum fuerit Zaidus erectus, idest مُدَّةَ دَوَامِهِ مُقِيمًا Spacio du-

rationis, quo fuerit erectus: nam مدّ ſpacium temporis, vel loci ſignificat, & دوام eſt مصدر, ideſt infinitum, & لَاأُكَلِّمُكَ مَادَامَ عَمْرٌو حَزِينًا Non alloquar te quandiu fuerit Amrus triſtis. Hoc quoque ſolummodo in præterito cum particula ما vſurpatur, qua reiecta, non amplius deficiens, ſed verbum perfectum redit.

Obſeruandum eſt tandem, quòd ſicut in verbis perfectis licet patientem præponere verbo, & agenti, vt زَيْدًا ضَرَبْتُ Zæidum verberaui, & دِرْهَمًا أَعْطَيْتُ Pecuniam dedi. Ita in primis deficientium octo, antepoſitio Nuncij, tanquam Patientis ipſi verbo, & Agenti conceditur, vt قَاضِيًا كَانَ زَيْدٌ Iudex fuit Zæidus, & صَالِحًا صَارَ عَمْرٌو Bonus factus eſt Amrus, & وَاقِفًا أَضْحَى ٱلسَّائِلُ Stans fuit hora tertia precator.

Et conceditur quoque præmiſſio appoſiti ſuo nomini, tanquam Nuncij ſuo Incæpto, vt كَانَ حَقًّا عَلَيْنَا نَصْرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ Fuit certa nobis victoria Fidelium, & صَارَ حَكِيمًا ٱلْجَاهِلُ Factus eſt ſapiens ignorans. Ex quibus exemplis colligitur, quòd Patiens quandoque præponitur nomini tantum, quandoque nomini & verbo ſimul.

Hæc denique ſunt tredecim verba deficientia, nomen

rafaan-

rafaantia, & Nuncium nasbantia, tam in præterito & Modhareo, quàm in imperatiuo, prænotatis exceptis: ideoque in litera dicitur, & quidquid ex ijs inflectitur, scilicet eodem quoque modo constituitur, vt visum est.

Secundum autem Agentium casus in Incæpto & Nuncio, sex complectitur particulas, quæ quidem omnes nasbant nomen, & rafaant Nuncium, & verbo assimilatæ dicuntur, eò quòd quasdam cum verbo similitudines seruant.

Prima namque earum, quia tribus vel quatuor literis integrantur, sicut verba.

Secunda, quia vltimam literam, sicut ipsa verba, præteriti extremam, habent semper fathatam.

Tertia, quia more verborum, nasbatum, & rafaatum, idest passum, & agens adsciscunt.

Quarta, quia in fine, vti verba, admittunt affixa, vt إِنَّنِي quod ego, & إِنَّنَا quod nos, & إِنَّكَ quod tu, & إِنَّكِ quod tu, fæm. & إِنَّكُمَا quod vos ambo, & إِنَّكُمْ quod vos, &c.

Quarum prima est إِنَّ cum Kesra sub hamza, & fatha super nun tesdid roborata, quæ quandam certificationis, & corroborationis vim orationi præstat: cuius quoque principium ferè semper occupat, vt إِنَّ زَيْدًا قَائِمٌ Vtiq. Zæidus est stans. Sed aliquando etiam medium.

Primò in processu sermonis, vt قَالَ إِنِّي عَبْدُ ٱللّٰهِ Dixit profectò, quòd ego sum seruus Dei.

Secundo, in responsione iuramenti, vt si quis benè lo-

 quenti

quenti ſic reſpondeat وَٱللهِ إِنَّكَ عَاقِلٌ Per Deum ſanè tu es prudens.

Tertiò, vice modi, vt جَاءَ زَيْدٌ وَإِنَّ ٱلشَّمْسَ طَالِعَةٌ Venit Zæidus, & vtique eſt Sol oriens; ideſt, Venit Zæidus, vtique ſub Solis luce ambulando.

Quartò, quando poſt ipſam particulam ſequitur ل, vt عَلِمْتُ إِنَّكَ لَذَاهِبٌ Cognoui te vtique abeuntem.

Quintò ſub conditionali, & poteſt vtroque modo, ſcilicet, vel Keſrata, vel fathata venire, vt مَنْ يَأْتِنِى فَإِنِّى أُكْرِمُهُ Quiſquis venerit ad me, profectò honorabo eum.

Sextò, cum Nuncio, particula giarrante, affecto, vt عَرَفْتُ إِنَّ فِى ٱلدَّارِ زَيْدًا Sciui quidem in domo eſſe Zæidum: in quo tantum caſu, & cum ظَرْف videlicet, circumſtantia loci vel temporis, ſuum poteſt Incæptum præcedere, vt إِنَّ عِنْدَ عَامِرٍ جَمَالًا Vtique apud Amerum eſt decor, alias nunquam: nam dicere non licet إِنَّ قَائِمٌ زَيْدًا &c.

Secunda particula eſt أَنَّ cum fatha ſuper hamza, & ſuper nun geminata, quæ ſemper orationem roborat, ſenſum infinitum indicat, nomen ac nuncium præcedit, ſiue rafaatum, ſiue nasbatum, aut giarratum fuerit.

Exemplum

Exemplum primi, vt بَلَغَنِي أَنَّكَ قَائِمٌ Peruenit ad me, te quidem esse stantem.

Secundi, vt رَأَيْتُ أَنَّكَ قَائِمٌ Vidi profectò te esse stantem.

Tertij, vt عَجِبْتُ مِنْ أَنَّكَ قَائِمٌ Admiratus sum te sanè esse stantem. Quæ sic resoluuntur.

Primò بَلَغَنِي قِيَامُكَ Peruenit ad me statio, siue stare tuum.

Secundò رَأَيْتُ قِيَامَكَ Vidi stationem, vel stare tuum.

Tertiò عَجِبْتُ مِنْ قِيَامِكَ Admiratus sum de statione tua.

Tertia est لَكِنَّ retentionis particula, vt cum in oratione aliquid affirmatur, vel negatur, à suspensione retinet mentem, explicans quod suspectum erat; vt زَيْدٌ قَائِمٌ لَكِنَّ عَمْرًا جَالِسٌ Zæidus est stàns, & Amrus sedet, & مَا جَاءَنِي عَمْرٌو وَلَكِنَّ زَيْدًا حَاضِرٌ Non venit ad me Amrus, sed Zæidus adest.

Quarta est كَأَنَّ cum fatha super hamza, & super nun geminata, quæ particula similitudinis dicitur, quia cui adiungitur, quandam cum re altera similitudinem habere indicat,

cat, vt كَأَنَّ زَيْدًا أَسَدٌ Veluti Zæidus sit leo: & eius originalis sensus est, إِنَّ زَيْدًا كَأَسَدٍ Vtique Zæidus est sicut leo: sed elegantiæ gratia, vsu, vt prius apud Arabes venit.

Quinta est لَيْتَ optationis indifferenter rei desideratæ, tam possibilis, quàm impossibilis. Primæ, vt لَيْتَ ٱلْحَبِيبَ قَادِمٌ Vtinam dilectus præcedat. Secundæ, vt لَيْتَ زَيْدًا يَطِيرُ Vtinam Zæidus volet.

Sexta est لَعَلَّ spei, tam rei quæ speratur, quàm quæ timetur. Primæ, vt لَعَلَّ ٱلْحَبِيبَ رَاجِعٌ Fortasse dilectus est rediens. Secundæ, vt لَعَلَّ أَبَاكَ كَافِرٌ Forsitan pater tuus est infidelis: & dicitur etiam لَعَنَّ, & عَلَّ in eadem significatione, sed elegantior est لَعَلَّ Sed si ijs particulis addatur مَا redundans, dictorum casuum omninò tollit influxum: Dices enim إِنَّمَا زَيْدٌ قَائِمٌ Vtique Zæidus est stans, & لٰكِنَّمَا عَمْرٌو جَالِسٌ Sed Amrus est sedens, & كَأَنَّمَا خَالِدٌ أَسَدٌ Quasi Chaledus

Chaledus sit leo, & لَعَلَّمَا أَخُوكَ ذَاهِبٌ Fortasse frater tuus est abiens, & لَيْتَمَا أَبُوكَ حَاضِرٌ Vtinam pater tuus sit præsens. Et in hac vltima tantum, secundum Sybaueihæ opinionem prædictorum casuum permittitur influxus: licèt secundum Cufenses in alijs quoque particulis concedatur.

Alleuiantur autem tres particulæ primæ, per reiectionem tescdid, & assumptionem soKun: & hoc vt verbali complexo etiam deseruiant, quia grauatæ, solis nominibus famulantur.

Tertium Agentium casus in Incæpto & Nuncio, quod in hoc capite explicandum proponitur, est ظَنَنْتُ cum suis similibus, quæ verba cordium dicuntur, quia eorum actus à mente, siue à corde exeuntes ad duo transeunt patientia. Vnde sciendum est, verba in duplici esse differentia.

Alia intransitiua, quorum scilicet actus remanent in agente, vt جَلَسَ زَيْدٌ Sedit Zæidus, & ذَهَبَ عَمْرٌو Abijt Amrus.

Et transitiua alia, videlicet quorum actus transeunt in passum, & hoc quadrifarium accidit.

Primò quatenus ipse actus transit ad passum vnum, vt ضَرَبَ زَيْدٌ عَمْرًا Percussit Zæidus Amrum, & يَشْرَبُ بَكْرٌ الْمَاءَ Bibit BaKrus aquam.

Secundò ad duo patientia, quorum secundum aliud est à primo, vt أَعْطَيْتُ زَيْدًا دِرْهَمًا Dedi Zæido pecuniam,

cuniam, & سَقَى زَيْدٌ مُحَمَّدًا خَمْرًا Potauit Zædus Mohammedem vino.

Tertiò ad duo ſimiliter, quorum tamen ſecundum eſt idem quod primum, vel idem ſignificat, vt ظَنَنْتُ زَيْدًا عَاقِلًا Putaui Zæidum prudentem.

Quarto tandem, quatenus ad tria ſe transfert patientiam, vt أَرَيْتُكُمْ زَيْدًا قَاعِدًا Videre vos feci, vel Oſtendi vobis Zæidum ſedentem.

Sed duobus primis relictis, tertij tantum modi hìc ad propoſitum fit mentio in litera, cuius & decem numerantur verba, cordium dicta: quæ quidem in tres partes à Grammaticis diuiduntur.

In prima enim ponuntur verba اَلظَّنِّ وَالشَّكِّ ſcilicet opinionis, & dubitationis, quæ ſunt quatuor, videlicet ظَنَّ وَحَسِبَ وَخَالَ وَزَعَمَ.

In ſecunda, verba اَلْعِلْمِ وَالْيَقِينِ ſcilicet ſcientiæ, & certitudinis, quæ ſunt tria, videlicet عَلِمَ وَرَأَى وَوَجَدَ.

In tertia verò, verba اَلتَّحْوِيلِ وَالتَّصْيِيرِ ſcilicet, translationis, & tranſmutationis, quæ ſunt

Quorum

إِتَّخَذَ وَجَعَلَ أَوْصَيَّرَ . Quorum exempla per ordinem ſunt hæc.

PRIMAE PARTIS.

ظَنَنْتُ زَيْدًا كَرِيمًا ۞

Putaui Zæidum liberalem.

حَسِبْتُ بَكْرًا بَخِيلًا ۞

Exiſtimaui BaKrum auarum.

خِلْتُ ٱلْهِلَالَ لَائِحًا ۞

Opinatus ſum nouilunium ſplendidum.

زَعَمْتَنِي شَيْخًا وَلَسْتُ بِشَيْخٍ ۞

Reputaſti me ſenem, & non ſum ſenex.

SECVNDAE PARTIS.

رَأَيْتُ ٱللهَ أَكْبَرَ كُلِّ شَيْءٍ ۞

Perſpexi, ideſt, Cognoui Deum omnium maximum

عَلِمْتُ ٱلْمَسِيحَ صَادِقًا ۞

Cognoui Chriſtum veridicum.

وَجَدْتُ ٱلْعِلْمَ نَافِعًا ۞

Reperi ſcientiam vtilem.

TER-

اتخذ الله ابراهيم خليلا ۞

Suſcepit Deus Abrahamum amicum.

جعل الله الانسان وكيلا او

Conſtituit Deus hominem Vicarium, vel

صير المعلم الطين ابريقا ۞

Fecit Magiſter ex luto lagenam roſtratam.

Ex ijs autem quæ duo nasbant patientia, vltimum ponitur سمع eò quòd ſit controuerſia inter Grammaticos, ân hoc efficiat, vel non: Alphareſi inquit, quod duo vtique nasbat, vt سمعت النبي يقول Audiſti Prophetam dicere, vel قائلا dicentem. Sed opinio magis probabilis tenet, quod vnum tantum nasbet paſſum. Verba vero quæ tria nasbant, hæc ſunt

اعلم وارى وانبا واخبر وخبر وحدث &c.

Aliqua tandem, de his cordium verbis obſeruat Almasbah in ſua explicatione, quæ nec auctor hic, nec eius expoſitores faciunt.

Primum, quod verbum زعم quandoque actum dubitandi, quandoque ſciendi, indicat: ideoque ipſum medium in-

inter primæ & secundæ partis verba collocat.

Secundum, quod tria primæ partis verba infallibiliter transeunt ad duo patientia: sed tria secundæ cum زعم quaudoque ad duo, quandoque ad vnum.

Ad duo, inquam, quando scientiam rei per adiectum simul faciunt, vt in exemplis claret.

Ad vnum verò, quando illa non sic, sed per se faciunt, vt رأيت زيدا Vidi Zæidum, ideſt بصرته, & علمت أخاك Cognoui fratrem tuum, ideſt عرفته & وجدت الأمير Inueni principem, ideſt صادفته & زعمت قولا Affirmaui sententiam, ideſt قلت dixi.

Tertium, quod obseruat, eſt quod horum verborum tres sunt proprietates.

Prima dicitur امتناع الاقتصار ideſt, Prohibitio diminutionis, nimirū alicuius ex duobus patientibus; eò quòd vt verba cordium sunt, & ambo illa exigunt, & nasbaut: sed alia ratione, vt visum eſt, remotio alicuius permittitur, & quandoque amborum, cum videlicet sensum reddunt perfectum, vt ظننت في الدار Cogitaui in domo, vel de domo: Extatque commune Arabum dictum, videlicet من يسمع يخل Qui audit cessat, ideſt, Qui consentit cedit verò, vt apud nos dicitur, qui tacet consentire videtur dicto verò, vel falso.

Secunda

Secunda Proprietas est الغاء idest, priuatio, vel terminatio regendi horum verborum illa duo nomina in accusatiuo: & hac tantummodo, quando verba, vel interponuntur nominibus, vt زيد ظننت منطلق Zæidus (putaui) abiens. Vel postponuntur, vt عمرو جالس علمت Amrus sedens, cognoui. Nam si anteponerentur, certum est, quod ambo essent in accusatiuo, vt dictũ est, quia illis, tanquã patientia essent subiecta: sic ergo ob interpositionẽ illã, & postpositionẽ remanent in nominatiuo, quia verba ibi, quasi disiuncta, & regendi influxu destituta, nomina ipsa, quoad prolationem, & sensum, tãquã verũ Incæptum & Nunciũ, relinquunt in Rafaa.

Tertia est التعليق idest, suspensio regendi horũ, videlicet verborum, illa eadem nomina in accusatiuo, sed solũmodo quo ad prolationẽ, non quo ad sensũ, et hoc, vel ob ل inchoatiuã, vel أ interrogatiuã, nominibus præfixas post verba: Exemplũ primi علمت لزيد منطلق sciui enim Zæidũ abeuntẽ, vel Zæidus abiens. Exemplũ secundi علمت أزيد عندك أم عمرو Sciui, nũ Zæidus apud te sit, an Amrus? Illa igitur duo nomina a verbis depẽdent quo ad sensum, tanquã patientia eius, non tamen quoad prolationem, quia non in Nasba ponuntur, sed in Rafaa.

Doctissimus autem Razhi duas ponit differentias inter الغاء & التعليق, prima iã tacta est, quod priuatio regendi vtrunque tollit influxũ, scilicet prolatile, & sensi-

fluum. At ſuſpenſio ſolummodo prolatile. Secunda differentia, quod priuatio, eſt aliquid اختيارى idest, contingens, vel elegibile, & ſuſpenſio eſt quid ضرورى idest, neceſſarium, &c.

Non erat hic proprius ظننت locus, cum Raſaatorum ſit peculiaris, ſed inter Nasbata potius ponendum erat. Nihilominus Author, quia ſupra, caput inſtituerat de Agentibus caſus ſuper Incæpto, & Nuncio, inter quæ ظننت cum ſororibus inuenitur: Ideo, & de ipſo hic rationabiliter tractat.





۞ بَابُ ٱلنَّعْتِ ۞

CAPVT APPOSITI.

ٱلْمَتْنُ — Arabicus Textus. — ٱلْعَرَبِي

ٱلنَّعْتُ تَابِعٌ لِلْمَنْعُوتِ فِي رَفْعِهِ وَنَصْبِهِ وَخَفْضِهِ وَتَعْرِيفِهِ وَتَنْكِيرِهِ تَقُولُ قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَاقِلُ وَرَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْعَاقِلَ وَمَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلِ ۞ وَٱلْمَعْرِفَةُ خَمْسَةُ أَشْيَاءَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمُضْمَرُ نَحْوَ أَنَا وَأَنْتَ وَٱلْإِسْمُ ٱلْعَلَمُ نَحْوَ زَيْدٌ وَمَكَّةُ وَٱلْإِسْمُ ٱلْمُبْهَمُ نَحْوَ هٰذَا وَهٰذِهِ وَهٰؤُلَاءِ وَٱلْإِسْمُ ٱلَّذِي فِيهِ ٱلْأَلِفُ وَٱللَّامُ نَحْوَ ٱلرَّجُلُ وَٱلْغُلَامُ وَمَا أُضِيفَ إِلَىٰ وَاحِدٍ مِنْ هٰذِهِ ٱلْأَرْبَعَةِ ۞ وَٱلنَّكِرَةُ كُلُّ ٱسْمٍ شَائِعٍ فِي جِنْسِهِ

لَا

لا يختص به واحد دون آخر وتعريفه كما صح دخول الألف واللام عليه نحو الرجل والفرس ۞

الافرنجية　　Latina Interpretatio.　　الترجمة

Appositum sequens est suppositum in Rafaa eius, & Nasba eius, & Chafdha eius, & Specialitate eius, & generalitate eius. Dices, Surrexit Zæidus prudens, & Vidi Zæidum prudentem, & Appropinquaui Zæido prudenti. Et Speciale quintuplex est: Pronomen personale, vt Ego, & Tu. Et nomen proprium, vt Zæidus, & Mecca. Et Pronomen demonstratiuum, vt Hic, & Hæc, & Illi, vel Illæ. Et Nomen in quo est articulus ال, vt Talis vir, & Talis seruus. Et quod refertur ad vnum ex his quatuor. At generale est omne nomen commune in genere suo, quo propriè non designatur vnum sine altero: & breuiter, est omne id, cui conuenit ingressus articuli ال, vt talis vir, talis equus.

الدوماوي　　Thomea Expositio.　　الشرح

RAfaatorum ad plenum iam tradita notitia, quatuor illa sequentia nunc explicat. Quorum primum est Appositum, seu Adiectiuum cum suo concordans Suppo-

ſito, vel ſubſtantiuo: quod quidem breuiter deſcribit, ſicut ex litera patet.

Vnde primò obſeruandum eſt, quòd Appoſitum eſt quadruplex.

Primum فعل operationis, vt ٱلقَائِمُ Stans, & ٱلقَاعِدُ Sedens.

Secundum حليه conditionis, vt ٱلطَّوِيلُ Longus, & ٱلأَسْوَدُ Niger.

Tertium عزيزه honoris, vt ٱلكَرِيمُ Honorabilis, Liberalis, & ٱلعَاقِلُ Prudens.

Quartũ نسبة بياء applicationis per ى & denominationis, vt ٱلمَكِّيُّ Mecchenſis, & ٱلسَّمَاوِيُّ Cæleſtis: & his ſimilia.

Secundò verò notandum, quòd quodlibet horum duplex eſt apud Arabes, ſcilicet vel Appoſitum حقيقى reale, vel سببى cauſale.

Primum, inquiunt, recurrit ad illud cui ineſt, ſcilicet ſpectat ad illud, cui verè apponitur, & in quo ſuſtentatur, vt جَاءَ زَيْدٌ ٱلعَاقِلُ Venit Zaidus prudens.

Secun-

Secundum verò recurrit ad aliud, cui videtur apponi, vt جاء زيد العاقل ابوه Venit Zæidus, prudens pater eius: vbi prudens, quod eſt Appoſitum, non ad Zæidum refertur, cuius ſequitur caſum & ſtatum: ſed ad aliud, nempe ad patrem eius, qui & prudens dicitur, & cauſa eſt à qua dependet.

Vtrique igitur Appoſito conuenit illa deſcriptio textus, quæ & in aliquibus cum illa Incæpti congruit, quia tam reale, quàm cauſale ſuum ſequitur ſuppoſitum.

Primò in caſu, ſcilicet Rafaa nominatiuo, Nasba accuſatiuo, & Chafdha genitiuo, datiuo, & ablatiuo: quorum exempla ſatis ex ſe in litera patent.

Secundò in ſtatu, nempe Specialitate & Generalitate eius: quia Appoſitum concordat etiam cum ſuo Suppoſito in ſpecialitate, nimirum ſi Suppoſitum eſt nomen ſpeciale, & Appoſitum quoque tale debet eſſe, vt جاء عمرو العالم Venit Amrus qui eſt ſapiens, nam ſapiens cum articulo ال factum eſt nomen ſpeciale; & concordat cum Amro, quod item nomen ſpeciale eſt & proprium. Et ſimiliter in Generalitate, vt جاء رجل عالم Venit vir ſapiens: vbi tam vir, quàm ſapiens ſunt nomina communia, & generalia: nam hæc nomina معرفة, & نكرة vulgariter ſonant notum, & ignotum: ſed doctrinaliter, vt nuper expoſuimus.

Poſt hos verò duos concordandi modos, duoſque alios afferunt Expoſitores, ſcilicet in numero, & genere, quos quidem vlterius & Appoſito reali ſolummodo conuenire autumant.

In his autem quatuor, ſcilicet Caſu, Statu, Numero, & Genere, decem inquiunt reperiri, in quibus Appoſitum cum ſuo concordat Suppoſito, nempe in triplici caſu, ſcilicet Rafaa, Nasba, & Chaſdha. In duplici nominis ſtatu, ſcilicet Specialitate, & Generalitate. In triplici numero. ſcilicet ſingulari, duali, & plurali. Et in duplici genere, maſculino ſcilicet, & fœminino.

Adeò quòd ſi Suppoſitum, vel Subſtantiuum in aliquo dictorum trium caſuum aduenerit, in eodem quoque ſuum Appoſitum, vel Adiectiuum ſuccedet. Et ſi illud ſpeciale, vel generale fuerit, & hoc etiam. Et ſi idem extiterit ſingulare, vel duale, vel plurale, & Appoſitum pariter erit tale. Ac tandem ſi illud fuerit maſculinum vel fœmininum, & hoc idem debet eſſe. Quorum omnium, vt latius pateant, hìc per ordinem ſubijciemus exempla,

Exempla Appoſiti realis concordantis cum ſuo Suppoſito.

In triplici caſu, ſcilicet

Rafaa.

جَاءَ زَيْدٌ ٱلْعَاقِلُ

Venit Zæidus prudens.

Nasba.

رَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْعَاقِلَ

Vidi Zæidum prudentem.

Chaſdha.

مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلِ

Appropinquaui Zæido prudenti.

In

In duplici ſtatu, ſcilicet

Speciali. — Generali.

قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَالِمُ — قَامَ رَجُلٌ عَالِمٌ

Surrexit Zæidus ſciens. — Surrexit vir ſciens.

In triplici numero, ſcilicet

Singulari. — Duali.

جَاءَ زَيْدٌ ٱلْعَاقِلُ — جَاءَ ٱلزَّيْدَانِ ٱلْعَاقِلَانِ

Venit Zæidus prudens. — Venerunt duo Zæidi prudentes.

Plurali.

جَاءَ ٱلزَّيْدُونَ ٱلْعَاقِلُونَ

Venerunt Zæidi prudentes.

In duplici genere, ſcilicet

Maſculino. — Fœminino.

جَاءَ زَيْدٌ ٱلْعَالِمُ — جَاءَتْ هِنْدٌ ٱلْعَالِمَةُ

Venit Zæidus ſciens. — Venit Henda ſciens.

Poſſunt & per tres caſus reliqua tria etiam declinari.

Exemplum de duplici ſtatu.

Primo. قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَالِمُ — رَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْعَالِمَ

Surrexit Zæidus ſciens. — Vidi Zæidum ſcientem.

مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَالِمِ

Appropinquaui Zæido ſcienti.

Secundo. قَامَ رَجُلٌ عَالِمٌ رَايْتُ رَجُلًا عَالِمًا

Surrexit vir ſciens. Vidi virum ſcientem.

مَرَرْتُ بِرَجُلٍ عَالِمٍ

Appropinquaui viro ſcienti.

De triplici numero.

Sing. huius exempla vt ſupra قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَالِمُ &c.

Duali.

جَاءَ ٱلزَّيْدَانِ ٱلْعَاقِلَانِ

Venerunt duo Zæidi prudentes.

رَايْتُ ٱلزَّيْدَيْنِ ٱلْعَاقِلَيْنِ

Vidi duos Zæidos prudentes.

مَرَرْتُ بِٱلزَّيْدَيْنِ ٱلْعَاقِلَيْنِ

Aprropinquaui duobus Zæidis prudentibus.

Plurali.

جَاءَ ٱلزَّيْدُونَ ٱلْعَاقِلُونَ

Venerunt Zæidi prudentes.

Vidi

رَايْتُ ٱلزَّيْدِينَ ٱلْعَاقِلِينَ

Vidi Zæidos prudentes.

مَرَرْتُ بِٱلزَّيْدِينَ ٱلْعَاقِلِينَ

Appropinquaui Zæidis prudentibus.

De duplici genere.

Masc. huius exempla vt supra قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَالِمُ &c.

Fœminino.

جَاءَتْ هِنْدٌ ٱلْعَاقِلَةُ رَايْتُ هِنْدًا ٱلْعَاقِلَةَ

Venit Henda prudens. Vidi Hendam prudentem.

مَرَرْتُ بِهِنْدٍ ٱلْعَاقِلَةِ

Appropinquaui Hendæ prudenti.

Ita quoque quæ duplicis sunt status, per triplicem numerum, & duplex genus inflecti possunt, & è conuerso cetera ad inuicem declinari: quæ breuitatis gratia, studioso omittimus percurrenda lectori. Hæc, inquam, sunt Appositi realis concordantiæ, quod quidem quum suo adijciatur Supposito, & in ipso sustentetur, pronomenque occultum quod ad ipsummet Suppositum refertur in nominatiuo constituat, liberè per quatuor modos concordandi diffunditur, ac reale dicitur: quia cum dicimus

جَاءَنِي رَجُلٌ عَاقِلٌ est, ac si diceremus

جَاءَنِي رَجُلٌ عَاقِلٌ هُوَ Venit ad me vir prudens ipse:

vbi هو est pronomen occultum & subintellectum, quod ad ipsum suppositum refertur.

Sed Appositum causale, vt dictum est, quia non ita cum suo cohæret Supposito, duos tantum primos concordandi modos obtinet, scilicet in casu & statu: quorum exempla sunt hæc, per triplicem casum.

In singularibus masculinis cum specialitate.

جَاءَ زَيْدٌ الْقَائِمُ أَبُوهُ

Venit Zæidus, stans pater eius.

رَأَيْتُ زَيْدًا الْقَائِمَ أَبُوهُ

Vidi Zæidum, stantem pater eius.

مَرَرْتُ بِزَيْدٍ الْقَائِمِ أَبُوهُ

Appropinquaui Zæido, stanti pater eius.

In eisdem cum generalitate.

قَامَ رَجُلٌ عَاقِلٌ أَبُوهُ

Surrexit vir prudens pater eius.

رَأَيْتُ رَجُلًا عَاقِلًا أَبُوهُ

Vidi virum prudentem pater eius.

مَرَرْتُ بِرَجُلٍ عَاقِلٍ أَبُوهُ

Appropinquaui viro prudenti pater eius.

In dualibus maſculinis cum ſpecialitate.

جَآءَ ٱلزَّيْدَانِ ٱلْقَائِمُ أَبَوَاهُمَا

Venerunt duo Zæidi ſtantes eorum patres.

رَأَيْتُ ٱلزَّيْدَيْنِ ٱلْقَائِمُ أَبَوَاهُمَا

Vidi duos Zæidos, ſtantes patres eorum.

مَرَرْتُ بِٱلزَّيْدَيْنِ ٱلْقَائِمُ أَبَوَاهُمَا

Aopropinquaui duobus Zæidis ſtantibus patres eorum.

In eiſdem cum generalitate.

جَآءَ رَجُلَانِ قَائِمٌ أَبَوَاهُمَا vel قَائِمَةٌ أُمُّهُمَا

Venerunt duo viri ſtantes patres eorũ, vel ſtans mater eorũ.

رَأَيْتُ رَجُلَيْنِ قَائِمًا أَبَوَاهُمَا

Vidi duos viros ſtantes patres eorum.

مَرَرْتُ بِرَجُلَيْنِ قَائِمٍ أَبَوَاهُمَا

Acceſſi ad duos viros ſtantes patres eorum.

In pluraribus maſculinis cum ſpecialitate.

جَآءَ ٱلرِّجَالُ ٱلْقَائِمُ آبَاؤُهُمْ

Venerunt viri ſtantes patres eorum.

Vidi

رَأَيْتُ ٱلرِّجَالَ ٱلْقَائِمَ أَبَاؤُهُمْ

Vidi viros ſtantes patres eorum.

مَرَرْتُ بِٱلرِّجَالِ ٱلْقَائِمِ أَبَاؤُهُمْ

Acceſſi ad viros ſtantes patres eorum.

In eiſdem cum generalitate.

جَاءَ رِجَالٌ قَائِمٌ أَبَاؤُهُمْ

Venerunt viri ſtantes patres eorum.

رَأَيْتُ رِجَالًا قَائِمًا أَبَاؤُهُمْ

Vidi viros ſtantes patres eorum.

مَرَرْتُ بِرِجَالٍ قَائِمٍ أَبَاؤُهُمْ

Acceſſi ad viros ſtantes patres eorum.

In ſingularibus fæmininis cum ſpecialitate.

جَاءَتْ هِنْدٌ ٱلْقَائِمُ أَبُوهَا

Venit Henda, ſtans pater eius.

رَأَيْتُ هِنْدًا ٱلْقَائِمَ أَبُوهَا

Vidi Hendam, ſtantem pater eius.

مَرَرْتُ بِهِنْدٍ ٱلْقَائِمِ أَبُوهَا

Appropinquaui Hendæ, ſtanti pater eius.

In eiſdem cum generalitate.

جَاءَتْ ٱمْرَأَةٌ قَائِمٌ أَبُوهَا

Venit mulier, ſtans pater eius.

رَأَيْتُ ٱمْرَأَةً قَائِمًا أَبُوهَا

Vidi mulierem ſtantem pater eius.

مَرَرْتُ بِٱمْرَأَةٍ قَائِمٍ أَبُوهَا

Appropinquaui mulieri, ſtanti pater eius.

In dualibus fœmininis cum ſpecialitate.

جَاءَتِ ٱلْهِنْدَانِ ٱلْقَائِمُ أَبَوَاهُمَا

Venerunt duo Hendæ ſtantes patres earum.

رَأَيْتُ ٱلْهِنْدَيْنِ ٱلْقَائِمُ أَبَوَاهُمَا

Vidi duas Hendas, ſtantes patres earum.

مَرَرْتُ بِٱلْهِنْدَيْنِ ٱلْقَائِمِ أَبَوَاهُمَا

Appropinquaui duabus Hendis, ſtantibus patres earum.

In

In eiſdem cum generalitate.

جَاءَتْ اَمْرَاَتَانِ قَائِمٌ اَبَوَاهُمَا

Venerunt duæ mulieres, ſtantes patres earum.

رَاَيْتُ اَمْرَاَتَيْنِ قَائِمًا اَبَوَاهُمَا

Vidi duas mulieres, ſtantes patres earum.

مَرَرْتُ بِامْرَاَتَيْنِ قَائِمٍ اَبَوَاهُمَا

Appropinquaui duabus mulieribus ſtantibus patres earum.

In pluralibus fæmininis cum ſpecialitate,

جَاءَتْ اَلْهِنْدَاتُ اَلْقَائِمُ اٰبَاوُهُنَّ

Venerunt Hendæ ſtantes patres earum.

رَاَيْتُ اَلْهِنْدَاتِ اَلْقَائِمَ اٰبَاوُهُنَّ

Vidi Hendas, ſtantes patres earum.

مَرَرْتُ بِالْهِنْدَاتِ اَلْقَائِمِ اٰبَاوُهُنَّ

Appropinquaui Hendis, ſtantibus patres earum.

In eiſdem cum generalitate.

جَاءَتْ نِسَاءٌ قَائِمٌ اٰبَاوُهُنَّ

Venerunt mulieres, ſtantes patres earum.

رَأَيْتُ نِسَاءً قَائِمًا آبَاؤُهُنَّ

Vidi mulieres, ſtantes patres earum.

مَرَرْتُ بِنِسَاءٍ قَائِمٍ آبَاؤُهُنَّ

Tranſiui prope mulieres, ſtantes patres earum.

In quibus exemplis obſerua, quòd Appoſitum tantummodo, cum ſuo Suppoſito præcedenti concordat in caſu, & ſtatu, non in numero & genere, quia vbique tam القَائِمُ, quàm العَاقِل, quæ ſunt Appoſita cauſalia, quamuis habeant Suppoſitum dualis, vel pluralis numeri, maſculini generis aut fæminini, cum ipſo tamen in his non concordat, vt per exempla ſatis claret. Quia etſi Appoſitum cauſale, cum dicto Suppoſito præcedenti quoad vocem ſeu caſum concordare videatur, non tamen quoad realitatem & dependentiam: ſed cum ſubſequenti, ſcilicet cum ابُو, vel أُمّ, quod Suppoſitum eſt in quo ſuſtentatur, & cauſa à qua dependet, & ob quam cauſale dicitur, concordat.

Hæc itaque ſic fiunt, cum Appoſitum cauſale eſt nomen Agentis: cum autem fuerit nomen Patientis, vel denominatiuum ſimile, licet ipſum & iuxta nunc præſcriptam ſibi regulam, cum ſuo ſubſequenti connectere, vt

جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبٌ أَخُوهُ Venit vir, verberatus frater eius: & cum præcedenti quoque iungi poteſt, iuxta iam primò dictam realis regulam: adeò quòd à ſubſequenti, ad quod referebatur, non ſubſtentetur vt in Suppoſito, nec ab ipſo amplius dependeat, vt à cauſa; ſed totaliter à præ-

cedenti

cedenti, vel eius occulto pronomine: & tunc Suppositum vel Substantiuum subsequens ponitur, aut in casu Nasba, velut تمييز vt

جَاءَ زَيْدٌ ٱلْمَضْرُوبُ ٱلْعَبْدَ

Venit Zæidus verberatus seruo, &

جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبٌ عَبْدًا

Venit vir verberatus seruo.

Aut in Chafdha, velut مضاف vt

جَاءَ زَيْدٌ ٱلْمَضْرُوبُ ٱلْعَبْدِ

Venit Zæidus verberatus serui, &

جَاءَ رَجُلٌ حَسَنُ ٱلْوَجْهِ

Venit vir pulcher faciei, vel facie.

Et ita de reliquis dices, nempe ٱلْعَبْدِ, vel جَاءَ ٱلزَّيْدَانِ ٱلْمَضْرُوبَانِ ٱلْعَبْدَ. &c.

Adeò quòd omnibus modis concordare potest hoc causale Appositum, in quibus & reale, nempe in genere, numero, casu, & statu: & sic huius cum illius incidit regula Appositi.

Et quia Auctor in descriptione Appositi, de nominis specialitate & generalitate meminerat: hinc statim quotuplex sit nomen speciale, & quid generale exprimit: quæ omnia

omnia ex litera satis clarent. Sed sciendum nobis est, quòd speciale secundum Ebenelhâgeb, & Scerehelmasbah, sic describitur.

أَلْمَعَارِفَةُ مَا وُضِعَ لِيَدُلَّ عَلَى شَيْءٍ بِعَيْنِهِ تَخْصِيصًا أَوْ جِنْسًا Speciale est id, cui impositum est significare rem per se ipsam, idest præcisam indiuidualiter aut generaliter, idest indiuiduali appellatione aut generali. Et hoc est quintuplex.

Primum ab Arabibus dicitur أَلْمُضْمَر immanifestum, quod nos pronomen personale appellamus, quia non est nomen manifestum rei, sed aliud pro eo substitutum. Et est secundum Grammaticos

مَا وُضِعَ لِمُتَكَلِّمٍ أَوْ مُخَاطَبٍ أَوْ غَائِبٍ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُ scilicet, Id quod impositum est alloquenti, aut colloquenti, vel absenti: idest primæ, aut secundæ, vel tertiæ personæ, cuius præcessit mentio.

EXEMPLA.

Primæ personæ.		Secundæ singularis.	
أَنَا, &	نَحْنُ	أَنْتَ, &	أَنْتِ
Ego,	Nos.	Tu,	Tu fœm.

Secundæ dualis.	Secundæ pluralis.	
أَنْتُمَا	أَنْتُمْ, &	أَنْتُنَّ
Vos duo, vel duæ.	Vos,	Vos fœm.

Ipse,

Tertiæ perſonæ. | Dualis.

هُوَ , & هِيَ | هُمَا

Ipſe, Ipſa. | Ipſi duo, vel duæ.

Pluralis.

هُمْ , & هُنَّ

Ipſi, Ipſæ.

Dices enim أَنَا قَائِمٌ Ego ſum ſtans, & أَنْتَ قَائِمٌ Tu es ſtans, & هُوَ قَائِمٌ Ipſe eſt ſtans, & نَحْنُ قَائِمُونَ Nos ſumus ſtantes.

Secundum vocatur أَلْعَلَمُ ideſt nomen proprium, quod ita deſcribitur.

هُوَ مَا وُضِعَ لِشَيْءٍ بِعَيْنِهِ غَيْرَ مُتَنَاوِلٍ مَا أَشْبَهَهُ

ſcilicet, Eſt id, quod impoſitum eſt rei per ipſum deſignatæ incommunicabili (alteri) ſibi ſimili, nimirum ſecundũ illã impoſitionem. Quod quidem vel eſt proprium indiuidui rationalis, vt زَيْدٌ Zæidus, & هِنْدٌ Henda: aut irrationalis, quod eſt tam loci, vt عَدَنٌ Heden, & مَكَّةُ Mecca, quàm alterius rei, vt جَيْحُونُ Gihon Nilus, & أَذَارُ Martius.

Vel eſt proprium generis, ſiue ſit animalis, vt

pr oprium

حصاجي proprium Damulæ, seu Doreadis, & إسامة proprium leonis; siue sit significationis, vt سبحان, & برة &c. Dices enim زَيْدٌ فَاضِلٌ Zæidus est virtute præditus, & رُومِيَةٌ سَرِيعَةٌ Roma præclara, vel nobilis, &c.

Vnde nomen proprium in duas diuisum est species, in مُرْتَجَل primitiuum, quod à nullo deriuat, vt غطفان proprium viri nomen, vel vt alijs placet, familiæ: Et in مَنْقُول deriuatiuum vel translatum, quod scilicet ab alio, vel مفرد simplici, vel مُرَكَّب composito deriuat.

A simplici quidem, aut à nomine generis primum quod deriuat dicitur غَالِب ideſt, pollens seu proprium vt plurimum ob valoris ac præstantiæ omen ab eo desumptum, & ipsi cui fit proprium, impositum, vt جعفر Giapharus, nomen proprium viri, quod quidem primò ad significandum riuum vel torrentem fuerat impositum, deinde hominis particularis proprium factum est.

Pari quoque modo de appellatiuo Leonis, Columbæ, Margaritæ, Agathæ, ac similibus ad propria deductis nomina, intelligas.

Aut à verbi præterito deriuat, vt شمر Sciammarus,

equi proprium, à verbo سمر Eleuauit pedem, celer fuit, & ضرب Dzhorebus, à ضرب Percussus fuit.

Aut à modhareo, vt يزيد Iazidus, sic à præsente verbi زاد Auxit, in boni auspicium desumptum, quasi يزيد المال adaugeat diuitias, & يشكر Iascorus à يشكر Gratias agit.

Aut ab imperatiuo, vt اصمت Esmet, nomen proprium Deserti, ab imperatiuo أصمت Ausculta, occasione cuiusdam per ipsum transeuntis viri, sic appellati, quippe qui, ibi quadam audita voce, statim stetit, & ait socio suo أصمت Inclina aurem: sicque mutato dhamma in Kesram, hoc tamquam sibi proprium retinuit nomen, vsque in hodiernum diem.

Nomen verò proprium, quod ab alio composito sumitur, aut illud est إسنادي enunciatiuum, seu complexum, vt تأبط شرا idest, Sumpsit sub axilla malum, vel gladium, inde postea translatum, vsu venit ad proprium viri nomen constituendum.

Aut est إضافي relatiuum seu regiminis, vt عبد الله Seruus

Seruus Dei, quod & proprium viri nomem hodie vsitatissimum est Orientalibus. Aut his similia, vt دُعَلِّكْ &c.

Idem nomen proprium iterum subdiuiditur in duas species, in كُنْيَةٌ cognomen, & est مَاصُدِرَ بِابٍ اَوْ اُمٍّ quod inchoatur per patrem, aut matrem, in laudem semper eo cognominati, vt اَبُو بَكْرٍ Pater BaKri, & اَبُو النُّورِ Pater lucis, cognomina particularium virorum, & اُمُّ كُلْثُومٍ Mater Kolthumæ, & اُمُّ الْخَيْرِ Mater boni, cognomina propria mulierum.

Vsu etiam inoleuit apud Orientales proprio relicto nomine, Patres & Matres primogenitorum nominibus cum earundem appositione vocum appellari, vt si filius primogenitus vocetur يُوسُفُ Ioseph, pater cognominatur اَبُو يُوسُفَ Pater Iosephi, & mater similiter اُمُّ يُوسُفَ Mater Iosephi dicitur.

Secundò in لَقَبٌ agnomen partitur, & est مَا اَشْعَرَ بِمَدْحٍ اَوْ ذَمٍّ quod indicat, vel imponitur in laudem

laudem vel vituperium scilicet alicuius personæ, vt شمس الدين Sol fidei, & زين العابدين Ornamentum piorum, & فخر الدين Decor fidei, & محمود laudatus, &c. Et è contrario in vituperium, vt انف الناقة Nasus camelæ, & بطة Anas, vti agnomen in vituperium viri sumitur, à ventris magnitudine, & paruitate corporis, quasi ipsum instar anatræ haberet: sic & قمة scilicet, Arbor languida, vel arrida: hoc quoque agnomine ad alicuius inutilitatem insinuandam, quasi in eius dedecus vtuntur. Summatim ergo Proprium diuiditur in Nomen, siue illud sit primitiuum, siue deriuatiuum, & in Cognomen & Agnomen.

Tertium المبهم indeterminatum, seu indifferens appellatur, eò quòd non solum ad اسماء الاشارة videlicet, Nomina demonstrationis, & ad الموصولات adiuncta, idest ad relatiua, est nomen commune: verum & multò magis, quia ipsa ex propria impositione, suis etiam omnibus demonstratis & relatis, indifferentia sunt, tam animatis quam inanimatis, tam rationalibus quàm irrationalibus, tam communibus quàm particularibus. Dicis enim هذا حيوان, & جماد, & رجل, & فرس, & زيد: Similiter حيوان الذي, &c. Quæ & si fuerint

rint generalia, ſpecifica quidem fiunt per hæc demonſtrationis, & relatiua pronomina: licèt de his vltimis mentionem nullam faciat Author in textu, ob hanc tamen cauſam ab omnibus Grammaticis, iure intra numerum quinque المعرفات ſpecialium nominum ponuntur, quia ſub hoc communi nomine المبهم & ipſa comprehenduntur.

Primum ergo, hoc eſt, Pronomen demonſtratiuum, ſic deſcribitur هُوَ مَا دَلَّ عَلَى مُشَارٍ إِلَيْهِ Eſt quod indicat ſignatum cui, nimirum cui fit applicatio ipſius ſigni demonſtratiui; vt هٰذَا فَاضِلٌ Hic eſt virtute præditus: Et ſigna hæc ſunt.

Singulare.	Duale.
Maſc. هٰذَا	& هٰذَانِ, vel هٰذَيْنِ
Hic.	Hi duo, vel hos duos, orum, bus.
Fæm. هٰذِهِ	& هٰتَانِ, vel هٰتَيْنِ
Hæc.	Hæ duæ, vel has duas, arum, bus.

Commun. plural. هٰؤُلَاءِ Illi, & illæ, &c.

Secundum verò المَوْصُولُ ideſt, Adiunctum, ſeu relatiuum, apud الحريرى ita deſcribitur,

المَوْصُولُ مَا افْتَقَرَ إِلَى صِلَةٍ وَعَائِدٍ Relatiuum;

K 3 ſuple;

ſuple, Qui, quæ, quod, eſt illud quod indiget adiunctione, & regreſſu, vt لَقِيتُ مَنْ ضَرَبْتَهُ Inueni quem verberaſti, ideſt illum virum, quem verberaſti, & أَلَّذِى قَامَ أَبُوهُ حَاضِرٌ Ille cuius ſurrexit pater, præſens eſt: أَلَّذِى dicitur relatiuum, ſeu nomen relati, ſpecificati per adiunctionem huius ſummæ قَامَ أَبُوهُ quæ dicitur صِلَةٌ ipſius أَلَّذِى. Et ipſa hæc ſunt, أَلَّذِى Qui, & أَلَّتِى Quæ, & مَا Quod, Quid: & مَنْ Quis, qui, quæ, & أَىٌّ Qualiſcumque, quilibet, &c.

Quartum eſt أَلْمُعَرَّفُ بِالْأَلِفِ وَاللَّامِ ſpecificatum per ال, ideſt, cui à principio adiungitur articulus ال, vt أَلرَّجُلُ Vir ille, & أَلْمُعَلِّمُ Magiſter ille inter colloquentes noti, & أَلرَّسُولُ Ille Apoſtolus, vulgò, l'Apoſtolo, quem nos probè Diuum Paulum, Muſlemani verò Mohamedem falsò intelligunt. Quod vt ad præſens ſpectat duplex cenſetur nomen ſpecificum.

I. dicitur ſpecificum لِلْجِنْسِ generis rei, vt أَلرَّجُلُ خَيْرٌ مِنَ ٱلْمَرْأَةِ Vir melior eſt fæmina, ideſt, Sexus

xus virilis in genere melior ſexu fœmineo : ita

أَلْفَرَسُ خَيْرٌ مِنَ ٱلْحِمَارِ Equus melior eſt aſino.

II. verò dicitur ſpecificum لِلْعَهْدِ conuentionis, ſeu conditionis ex mutua rei propoſitæ notitia, vt

جَاءَ ٱلْحَكِيمُ Venit medicus, ſeu Doctor, ideſt ille medicus mihi, ac tibi notus. Et deſcribitur ſic

أَلْمُعَرَّفُ بِٱلْأَلِفِ وَٱللَّامِ مَا أَفَادَتْ فِيهِ خُصُوصًا بِشَخْصٍ Nomen ſpecificatum per articulum ال, eſt illud quod maximè conducit ad notitiam indiuidui, ideſt per quod propriè habemus notitiam de indiuiduo, & perſona.

Quintum denique eſt أَلْمُضَافُ إِلَى أَحَدِهَا Relatum, ſeu Annexum ad aliquod horum ſcilicet ſupradictorum quatuor nimirum, quintum eſt nomen نَكِرَةٌ generale, quod cũ adiunctum fuerit vni ex his, ſtatim fit مَعْرِفَة ſpeciale, & hoc, regimine ſenſitiuo, non prolatili, quod non niſi cum leuibus prolatu fit, vt in primo & tertio ex ſequentibus exemplis patet.

Exemplum primi, ſcilicet de annexo cum pronomine perſonali, vt غُلَامُكَ حَاضِرٌ Seruus tuus eſt præſens.

Exemplum ſecundi cum nomine proprio, vt

 Seruus

غُلَامُ زَيْدٍ حَاضِرٌ Seruus Zæidi eſt præſens.

Exemplum tertij cum pronomine demonſtratiuo, vt غُلَامُ هٰذَا حَاضِرٌ Seruus iſtius adeſt.

Exemplum quarti cum ſpecificato per articulum, vt غُلَامُ ٱلْمُعَلِّمِ حَاضِرٌ Seruus magiſtri adeſt.

Obſeruant hìc Expoſitores, quòd Author duo inter ſpecialia nomina enumeranda omiſſit, nempe relatiua, de quibus nos ſupra ſuo loco diximus: & أَلنَّكِرَةُ ٱلْمَقْصُودَةُ ideſt, Nomen generale intentum, in vocatione alicuius, quod etiam ſpeciale eſt, vt يَا رَجُلُ O vir, ideſt voco virum, quem licèt non videam, tamen intentu ſingulariter agnoſco: quæ quidem duo ob hanc cauſam omiſſiſſe arbitror, quia eis non fit annexio, ſicut quatuor primis nunc dictis.

Nomine ſpeciali diffusè & exactè iam explicato, nunc ٱلنَّكِرَةُ generale, ſeu appellatiuum quid ſit, breuibus exponit per duas deſcriptiones, quæ quo ad literam ſatis in textu patent.

Sed obſeruandum eſt ſecundum Ebenelhâgeb, quòd nomen generale eſt illud, quod impoſitum eſt ad ſignificandum non rem vnam præcisè, ſed omnes indifferenter, quæ ſui generis ſunt.

Propterea benè Author inquit, quòd nomen generale eſt omne nomen commune in genere ſuo, vt hoc nomen حَيَوَانٌ eſt commune in genere animalium, ideoque omnibus & ſingulis conuenit animantibus, adeò quòd vni

non

non appropriatur ſine altero. Ita & hoc شَجَرَة eſt commune in genere arborum, omnibus arboribus. Et hoc ſimiliter رَجُل Vir, eſt commune omnibus hominibus maſculis, adultis, ratione vtentibus: adeò quòd nullus ſit in genere virorum, quin illi hoc appellatiuum ſeu commune conueniat nomen.

Alia verò deſcriptio, eius proxima eſt hæc, nempe, Nomen generale eſt omne nomen, quòd initio ſui, articulum ال admittit, vt رجل, & فرس &c. quæ articulum ال il, recipiunt, vt الرجل & الفرس, &c.

Vnde generalia nomina, inquiunt, ſunt, vt شي res, & جَوهَر ſubſtantia, & جِسْم corpus, & حَيَوَان animal, & إِنْسَان homo, & رَجُل vir, & ذَكَر maſculus, &c.

Alio quoque modo illud Expoſitores deſcribunt, vt اَلنَّكِرَةُ مَا تَقْبَلُ دُخُولَ رُبَّ عَلَيْهَا Nomen generale eſt quod recipit in ſe acceſſum رُبَّ idest, Fortaſſis, vt رُبَّ رَجُلٌ جَاءَنِي Fortaſſe vir veniet ad me. Et aliis etiam modis, qui cum his incidunt.

Caput



✿ باب العطف ✿

CAPVT CONIVNCTIONIS.

المتن   Arabicus Textus.   العربي

وحروف العطف عشرة وهي الواو والفاء وثم وأو وأم
وإما وبل ولا ولكن وحتى في بعض المواضع
فإن عطفت بها على مرفوع رفعت أو على منصوب
نصبت أو على مخفوض خفضت أو على مجزوم
جزمت تقول قام زيد وعمرو ورأيت زيدا وعمرا
ومررت بزيد وعمرو ✿

الترجمة   Latina interpretatio.   الافرنجية

Et particulæ coniunctionis sunt decem,
nem-

nempe و Et, Ac, ف Etiam, & ثم Tum, Dein, & او Aut, Siue, & ام An, Verùm, & اما Vel, Seu, & بل Sed, Immò, & لا Non, & لكن sed, & حتى Vſque, Vltimatè, in quibuſdam locis. Si igitur coniunxeris (aliquid) per has; cum rafaato (illud) rafaabis. Aut cum nasbato, afficies nasba; aut cum chafdhato, chafdhabis; aut cum gezmato, gezma efficies. Dices: Stetit Zæidus, & Amrus; & Vidi Zæidum, & Amrum; & Appropinquaui Zæido & Amro.

اَلدّوماوى Thomea Expoſitio. اَلشّرح

PRima ſequentium rafaata, ſatis diffusè iam explicata ſpecie, nunc ſecundam, ſcilicet connexionis, in hoc capite aſſumit explicandam, quæ quidem ab Expoſitoribus in عطف البيان والنسق ſcilicet, Connexionem manifeſtationis, & compoſitionis diuiditur.

Primæ nulla fit mentio in textu, quæ tamen ab alijs Grammaticis ſic deſcribitur

هوا اسم غير صفة يجرى مجرى التفسير

ideſt, Connexio manifeſtationis eſt nomen, vel nominis, ſine attributione, currentis curſu explicationis, vt

Venit

جاني ابو عبد الله زيد Venit ad me pater Abdillai, Zæidus: vbi hoc nomen Zæidus, quod manifestatiuum connexum, seu adiectum dicitur, explicat totum agnomen antecedens, scilicet ابو عبد الله Et vice versa, vt

جاني زيد ابو عبد الله Venit ad me Zæidus pater serui Dei: vbi hoc agnomen, Pater serui Dei, factum est connexum explicatiuum ipsius زيد: Et hoc accidit, quando ipsum agnomen magis notum est, quàm nomen proprium alicuius.

Vnde in hac manifestationis connexione, duplex conditio requiritur.

Prima, quòd secundum nomen, scilicet adiunctum, sit magis notum quàm primum, cui iungitur.

Secunda, quod in quatuor concordent.

Primò, in generalitate & specialitate, quamuis hoc parum vsitetur, tamen authoritas adest, vt

من شجرة مباركة زيتونة Ex arbore benedicta oliua.

Secundò in casibus Rafaa, Nasba, & Giarra, vt

جاءني ابو بكر عمرو Venit ad me pater BaKri, Amrus:

& رايت ابا بكر عمرا Vidi patrem BaKri Amrum,

& مررت بابي بكر عمرو Appropinquaui patri BaKri, Amro.

Tertiò

Tertiò in singulari, duali, & plurali.

Quartò in masculino, & fæminino, quorum exempla, tu ipse ex concordantijs, superiori capite explicatis, poteris formare. Aduertens tandem, quòd potissima manifestationis connexio ex nomine proprio fit.

Secunda est connexio compositionis, quæ sic describitur.

هُوَ ٱلتَّابِعُ ٱلْمُشَارِكُ لِمَا قَبْلَهُ فِي إِعْرَابِهِ وَيَتَوَسَّطُ بَيْنَهُ وَبَيْنَ مَتْبُوعِهِ أَحَدُ ٱلْحُرُوفِ ٱلْعَشَرَةِ

Est consequens participans cum re præcedenti in casibus suis, & medians inter ipsum, & rem quam sequitur aliqua particularum decem: quippe quæ in litera iam sunt enumeratæ, & ab Expositoribus in duas classes diuiduntur.

Aliæ enim, inquiunt, sunt quæ participant in sensu, & casu: & aliæ quæ in casu tantum.

Primæ etenim classis sunt septem, secundæ verò reliquæ tres.

Prima participantium in sensu, & casu est و, particula sanè indeterminatæ copulationis, connectens antecedens cum consequenti, nullo inter ea seruato ordine, vt

جَاءَنِي زَيْدٌ وَعَمْرٌو Venerunt ad me Zæidus, & Amrus:

Amrus enim dicitur connexum per و cum Zæido in actu veniendi; siue autem venerit ante, siue simul, aut post non refert, dummodo venerit. Ideoque suum antecedens, nempe Zæidum, in casibus etiam sequitur, vt

رَأَيْتُ زَيْدًا وَعَمْرًا Vidi Zæidum, & Amrum: &

مَرَرْتُ بِزَيْدٍ وَعَمْرٍو Appropinquaui Zæido, & Amro.

Secunda

Secunda eſt particula فَ copulatiua, & ipſa: ſed determinatæ copulationis, nempè cum ordine poſteritatis immediatæ, vt جَاءَنِى زَيْدٌ فَعَمْرٌو Venit ad me Zæidus itemque Amrus, ideſt poſt ipsũ immediatè venit & Amrus: ita & in cæteris caſibus, vt رَأَيْتُ زَيْدًا فَعَمْرًا Vidi Zæidum itemque Amrum, & ſimiliter, مَرَرْتُ بِزَيْدٍ فَعَمْرٍو, &c.

Adeò quòd ſuccedens, immediatè ſuum ſequatur antecedens, vt inquiunt Arabes ſine مهلة mora, & ſine تراخ interuallo, vt طلع الفجر فابيض الافق Suborta eſt aurora, ſtatimque albicatum eſt cælum.

Tertia eſt ثُمَّ dictio ſimiliter copulatiua, ſed vltra ordinem poſterioritatis, interuallum quoque indicans, & diſtantiam, vt جَاءَنِى زَيْدٌ ثُمَّ عَمْرٌو Venit ad me Zæidus, deinde Amrus: & ita in alijs in quibus concordant caſibus, vt رايت زيدا ثم عمرا, & ſimiliter

مررت بزيد ثم عمرو Adeò quod ſemper ab actu antecedentis, & ſui copulati conſequentis intercedat مهلة mora aliqua, vt غَابَ زَيْدٌ ثُمَّ حَضَرَ Abſens fuit Zæidus, deinde præſens.

Quarta

Quarta est أو particula quidem disiunctiua: sed quandoque cum dubitatione aut ambiguitate: quandoque cum postpositione, aut assecutione.

Exemplum primi, quando post euentum rei accidit, vt جاءني زيد أو عمرو Venit ad me Zæidus, aut Amrus: & رأيت زيدا أو عمرا Vidi Zæidum, aut Amrum: & مررت بزيد أو عمرو Appropinquaui Zæido, vel Amro. In his orationibus illa disiunctiua أو dubitationem facit tam loquenti, quàm audienti, si ambo ignorauerint ex duobus quisnam venerit: si autem loquenti notum fuerit, tamen hoc protulerit ad certiorem rei notitiam, ambiguitatem tantummodo inducit.

Exemplum secundi, quando post petitionem euenit, vt خذ هذا أو ذاك Accipe hoc aut illud: & similiter تزوج هندا أو اختها Duc in vxorem Hendam, aut sororem eius. In his verò postpositionem facit vnius, cum vtriusque consequutio esse nequeat: si vnum amplectitur, alterum relinquere necesse est.

Sed cum dicis اقرأ فقها أو نحوا Lege doctrinam legis, aut grammaticam.

Hìc ipsa أو vtriusque assecutionem non negat: adeò quòd & lectionem legis, cum grammaticæ lectione coniungere quis facillimè poterit, vt apud Arabes satis claret cum grammaticaliter verba legis exponunt.

Quinta

Quinta est أم particula communiter de rei certitudine sciscitans, quæ duplex est, متصلة Coniunctiua, & منقطعة Disiunctiua.

Prima aut euenit post أ hamza التسوية æqualitatis, exemplum ab auctoritate, vt

سَوَاءٌ عَلَيْهِمْ أَأَنذَرْتَهُمْ أَمْ لَمْ تُنذِرْهُمْ Equale est eis, vtrum admonueris eos, an non admonueris eos: vbi illa أ hamza præcedens, æqualis est ipsi أم sequenti in sensu, ideò prima pars totius coniuncti per أم æqualis est cum secunda.

Aut verò accidit post أ hamza qualitatis, in significatione أيّ qualis, cum sciscitatione certitudinis, vt

أَزَيْدٌ عِنْدَكَ أَمْ عَمْرٌو Nũ Zæidus apud te est, an Amrus: idest, qualis horum duorum virorum certè est apud te? Zæidus, an Amrus? Et sine hamza, vt

فِي السُّوقِ زَيْدٌ أَمْ فِي الدَّارِ In foro est Zæidus, an in domo? idest, in quo horum duorum locorum est Zæidus? Hæ enim orationes dicuntur coniunctæ per أم respectu primæ partis, quæ vel idem est cum secunda, vel idem quærit: nempe tam أ in prima, quàm أم in secunda orationis parte, vel eiusdem sunt sensus, vel de أيّ ambæ quærunt: quæ ob id etiam cum ceteris concordant & in casibus.

Secun-

Secunda verò, nempe disiunctiua, neutro modo occurrit: sed in sensu بَل immo, verum: siue erroris lapsu, aut reminiscentiæ fuerit recursu.

Exemplum primi ex sententia Arabum, vt إِنَّهَا لَإِبِلٌ أَمْ شَاءٌ Equidem Camelus est, verum quid aliud præcedens? Hoc communiter dicunt, cum à longe corpus aliquod intuentur, quod primo aspectu aliud, & alind apparet.

Exemplum secundi, vt أَزَيْدٌ عِنْدَكَ أَمْ عَمْرٌو Num Zæidus est apud te, verum Amrus? Vel أَزَيْدٌ عِنْدَكَ أَمْ عِنْدَكَ عَمْرٌو Fortasse apud te est Zæidus, verum apud te est Amrus? Omnes enim orationes istæ sunt disiunctiuæ, & interrogatiuæ; nam cum dicebam, Num Zæidus est apud te, putabam illum apud te esse, sed statim recordatus, quòd non ille, sed Amrus apud te est, illicò certitudinis gratia sciscitando subiunxi, Verum apud te est Amrus?

Sexta est إِمَّا cum Kesra sub hamza, in sensu أَوْ particula quidem disiunctiua, & geminata: acciditque post rei euentum aut petitionem.

Primo enim modo & dubitatiuè, & ambiguè fit, vt جَاءَنِي إِمَّا زَيْدٌ وَإِمَّا عَمْرٌو Venit ad me aut Zæidus, aut Amrus. Sic رَأَيْتُ إِمَّا زَيْدًا وَإِمَّا عَمْرًا Vidi aut Zæidum, aut Amrum: & مَرَرْتُ إِمَّا بِزَيْدٍ وَإِمَّا بِعَمْرٍو Ap-

 propin-

propinquaui aut Zæido, aut Amro. In quibus orationibus non solum disiunctio cum dubitatione loquentis, & audientis, si ambo aduentu cognito, ignorant quisnam venerit: vel ambiguitate solius audientis, si loquens sciat, apertè ostenditur: verum etiam geminatio ipsius إمّا & insuper præfixio و illi quæ in medio est, apparet.

Secundò modo, scilicet post petitionem, cum postpositione, vel assecutione.

Primò, vt تَزَوَّجْ إِمَّا هِنْدًا وَإِمَّا أُخْتَهَا Coniungere in matrimonio aut cum Henda, aut cum sorore eius.

Secundò, vt تَعَلَّمْ إِمَّا فِقْهًا وَإِمَّا نَحْوًا Disce aut legem, aut grammaticam: in prima vnius est necessaria postpositio, in secunda vtriusque assecutio conceditur, quarum insuper concordantiæ dilucidæ satis sunt.

Septima & vltima huius classis est حتى, quæ & in sensu, & casu, sicut iam explicatæ participet, vt particula connexionis, in sensu الغاية terminationis. Nihilominus quia hoc in aliquibus tantum locis, ac quibusdam obseruatis conditionibus accidit, propterea ab Authore vltimo loco ponitur.

Prima autem conditio hæc est, quòd sequens in oratione post ipsam sit pars, vel aliquid ex præcedenti.

Secunda verò quòd sit illi vltimum tũ præstantia aut abiectione, tum fortitudine aut debilitate.

Exemplum primi ضَرَبْتُ الْقَوْمَ حَتَّى زَيْدًا Percussi populum

populum, vſque ad Zæidum, ideſt vltimatè & Zæidum: non enim valeret ſi diceres جَاءَنِي ٱلْقَوْمُ حَتَّى ٱلْحِمَارُ Venit ad me populus vſque aſinus: nec vice verſa جَاءَنِي ٱلْحِمَارُ حَتَّى ٱلْقَوْمُ Venit ad me aſinus, vſque & populus, quia in prima aſinus non eſt aliquis de populo, cum ſit animal irrationale, & in ſecunda nec populus eſt aliquid aſini, cum ſit congregatio perſonarum: adeò quòd particula حَتَّى hic nihil connectit, prima igitur requiritur conditio.

Exemplum ſecundi cum præſtantia, vt مَاتَ ٱلنَّاسُ حَتَّى ٱلْأَنْبِيَاءُ Mortui ſunt homines, vſque etiam prophetæ, quippe qui (quaſi diceret) ob præſtantiam ſanctitatis, mori non debebant, & tamen mortui ſunt. Hæc eſt vis huius particulæ.

Similiter cum abiectione, vt زَارَنِي ٱلنَّاسُ حَتَّى ٱلْحَجَّامُونَ Viſitauerunt me homines, quin etiam auari.

At fortitudinem & debilitatem, vnica ſententia ſic complexi ſunt, vt قَهَرْنَاكُمْ حَتَّى ٱلْكُمَاةَ فَأَنْتُمْ تَهَابُونَنَا حَتَّى بَنِينَا ٱلْأَصَاغِرَا Deſatigauimus vos, quin etiam fortes, Vos autem terruiſtis nos, vſque etiam filios noſtros paruulos.

Sed aduertendum, quòd hæc particula حَتَّى iuxta rationis

tionis arbitrium, in aliquibus locis eſt inchoatiua, ideſt, nominatiui: in aliquibus nasbans, ideſt, accuſatiui: & in alijs giarrans, ideſt, ceterum caſuum, quod quidem vnico vulgato exemplo breuitatis gratia explicabo, vt أَكَلْتُ ٱلسَّمَكَةَ حَتَّى رَأْسَهَا ſi ibi راس caput, fuerit in nominatiuo, dicitur inchoatiua, & eſt ſenſus, Manducaui piſcem, quouſque eſt caput eius. Si verò in accuſatiuo, dicitur connexiua, & eſt ad loci huius propoſitum, ſenſuſque eius talis, Manducaui piſcem, vltimatè caput eius. Si tandem in alijs caſibus, particula giarrans dicitur, & intellectus illius eſt, Manducaui piſcem, vſque ad caput eius excluſiuè.

Secundæ claſſis ſunt reliquæ tres, quæ in caſu tantum participant, ideſt quarum copulata pars orationis extrema, in eodem caſu concordat cùm prima. Harum autem

Prima eſt بل particula quidem connexionis, ſed vnius confirmatiua, & alterius communiter ſubtractiua partis: connectit enim poſt reſponſionem & negationem, & iuſſionem, & prohibitionem.

Exemplum primi, vt قَامَ زَيْدٌ بَلْ عَمْرٌو eſt enim reſponſio dicenti: Quis ſurrexit? Surrexit (inquit) Zæidus, immo Amrus: error mentis, vel lapſus linguæ correptus per hanc particulam بل ſubtractiuam primæ, & confirmatiuam ſecundæ partis totius connexi: ita in alijs caſibus, vt رايت زيدًا بل عمرًا Vidi Żæidum, immo Amrum: & مررت بزيدٍ بل عمرٍو Appropinquaui Zæido, quinimmo Amro.

Exem-

Exemplum ſecundi, nempe poſt negationem, vt مَا جَاءَنِي زَيْدٌ بَلْ عَمْرٌو Non venit ad me Zæidus, ſed Amrus: in hac enim erroris correctio nulla eſt, ſed ſequentis abſoluta confirmatio.

Exemplum tertij, vt اِضْرِبْ زَيْدًا بَلْ عَمْرًا Verbera Zæidum, immo Amrum.

Exemplum quarti, vt لَا تَضْرِبْ زَيْدًا بَلْ عَمْرًا Ne percutias Zæidum, verum Amrum.

Poteſt quoque fieri abſoluta eiuſdem actionis negatio, verbi gratia مَا جَاءَنِي زَيْدٌ بَلْ مَا جَاءَنِي عَمْرٌو Non venit ad me Zæidus, immo non venit ad me Amrus.

Et prioris ablegatio actionis, cum poſterioris confirmatione, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا بَلْ أَكْرَمْتُهُ Verberaui Zæidum, immo honoraui eum.

Similiter خَرَجَ زَيْدٌ بَلْ دَخَلَ خَالِدٌ Exijt Zæidus, immo ingreſſus eſt Chaledus, &c.

Secunda eſt لَا negatiua connexionis particula, negans in ſequenti quod iam de præcedenti confirmatum fuit: ideo ante ſe ſemper enuntiationem affirmatiuam præexigit, ac poſt imperium, vocationem, & reſponſionem ipſa venit.

Exemplum primi, vt اِضْرِبْ زَيْدًا لَا عَمْرًا Verbera Zæidum, non Amrum.

Exemplum ſecundi, vt يَابْنَ أَخِي لَابْنَ عَمِّي O filium fratris mei, non filium patruelis mei, ideſt, voco filium, &c.

Exemplum tertij, vt قَامَ زَيْدٌ لَا عَمْرٌو Surrexit Zæidus non Amrus: reſponſio quidem eſt dicenti, Quis ſurrexit? Vnde quod de Zæido prius affirmauerat, hoc de Amro per لا poſtea negauit.

Tertia & vltima eſt لٰكِنْ cum ْ ſoKun ſupra ن, quæ & ipſa particula connexionis eſt, ac retentionis, ſeu reparationis: conſtanter enim poſt negationem vel prohibitionem venit, ſi quod ipſam ſequitur fuerit ſimplex, non oratio perfecta, vt مَا قَامَ زَيْدٌ لٰكِنْ عَمْرٌو Non ſurrexit Zæidus, ſed Amrus: & لَا تَضْرِبْ زَيْدًا لٰكِنْ عَمْرًا Ne percutias Zæidum, ſed Amrum.

Si verò adiunctum poſt ipſam, fuerit oratio completa, more بَلْ etiam poſt negationem & affirmationem ſuccedere poteſt.

Exemplum primi, vt

مَا جَاءَنِي زَيْدٌ لٰكِنْ عَمْرٌو قَدْ جَاءَ Non venit ad me Zæidus, verum Amrus iam venit.

Exemplum ſecundi, vt

جَاءَنِي زَيْدٌ لٰكِنْ عَمْرٌو لَمْ يَجِئْ Venit ad me Zæidus, ſed Amrus non venit.

Sed

Sed obſeruanda hìc eſt differentia, quæ inter لا, & بل & لكن eſt.

Prima namque præcedente orationis parte iam confirmata, poſt ſe venientem ſemper negat.

At بل è conuerſo, præcedente negata, ſequentem ſemper confirmat, dummodo & ipſi non addatur negatio, vt cum dicis جاءني زيد بل عمرو Venit ad me Zæidus immo Amrus: vis enim بل ſtatim enuntiationem aduentus à Zæido tollit, & ad Amrum transfert.

Ipſa verò لكن non ſic, cum ex vi ſuæ naturæ præcedentem non neget, ſed illa à particula negationis iam excluſa, ſequentem continuò confirmat, vt cum dicis ما قام زيد لكن عمرو Non ſurrexit Zæidus, ſed Amrus, ſcilicet, ſurrexit: & ما جاءني زيد لكن عمرو حاضر Non venit ad me Zæidus, ſed Amrus adeſt.

Dicta eſt autem لكن particula الاستدراك retentionis, quia mentem à falſa retinet ſuſpicione, ne ſcilicet in contrariam veritati opinionem, quæ ex antecedentibus verbis prouenit, incidat: nam cum audis جاءني زيد Venit ad me Zæidus, ſtatim mens in eam delabitur opinionem, quòd etiam Amrus, qui cum eo erat, venerit: at illico retinetur cum dicitur لكن عمرو لم يجئ Sed Amrus non venit.


His igitur particulis connexionis, si quid cum rafaato coniunxeris, illud rafaatum erit: si cum nasbato, nasbatum: si cum chasdhato, chasdhatum: quarum exempla patent in litera. Et si cum gèzmato, gezmatum erit: Hoc autem in verbo Modharco accidit, vt

زيد لم يقم و يخرج Zæidus non surrexit, & (non) exiuit: illa enim particula و copulatiua, in eodem casu sequens ponit verbum cum primo. Sicq. de singulis intelligas particulis: nam quemadmodum ex nominibus, per eas facta est connexio, ita & ex verbis fieri potest, vt

يقوم فيقعد زيد Surgit, & sedet Zæidus: &

لن يخرج ثم يقعد زيد Nequaquam egreditur, tum sedet Zæidus, &c.

Attendens finaliter, quòd ex amplitudine harum particularum, tam nominis cum nomine, & pronominis cum pronomine: quàm nominis cum pronomine, & è conuerso, pronominis cum nomine connexio fieri conceditur. Etiam generalis nominis cum generali, & specialis cum speciali, & specialis cum generali, & è contra: immo ex singulari, duali, & plurali, ex masculino & fæminino, ad inuicem quoque in eisdem casibus concordando, per eas connexio fieri potest. Hæc de particulis connexionis dicta sufficiant.





۞ بَابُ ٱلتَّوْكِيدِ ۞

CAPVT CORROBORATIONIS

ٱلْمَتْنُ　　Arabicus Textus.　　ٱلْعَرَبِيُّ

أَلتَّوْكِيدُ تَابِعٌ لِلْمُؤَكَّدِ فِي رَفْعِهِ وَنَصْبِهِ وَخَفْضِهِ وَتَعْرِيفِهِ ۞ وَيَكُونُ بِأَلْفَاظٍ مَعْلُومَةٍ وَهِيَ ٱلنَّفْسُ وَٱلْعَيْنُ وَكُلٌّ وَأَجْمَعُ وَتَوَابِعُ أَجْمَعَ وَهِيَ أَكْتَعُ وَأَبْتَعُ وَأَبْصَعُ تَقُولُ قَامَ زَيْدٌ نَفْسُهُ وَرَأَيْتُ ٱلْقَوْمَ كُلَّهُمْ وَمَرَرْتُ بِٱلْقَوْمِ أَجْمَعِينَ ۞

ٱلتَّرْجَمَةُ　　Latina interpretatio.　　ٱلْأَفْرَنْجِيَّةُ

Corroboratio sequitur corroboratum in Ra-

faa eius, & Nasba eius, & Chafdha eius, & specialitate eius. Et fit vocibus notis, quæ sunt: Ipsummet, & Idemmet, & Omne, & Vniuersum, & sequentia vniuersum, quæ sunt اكتع, & ابتع & ابصع Vniuersum. Dices, Surrexit Zæidus ipsemet: & Vidi cætum omnem: & Abij prope cætum vniuersum.

الدوماوى Thomea Expositio. الشرح

HAec dictio التوكيد potest etiam scribi cum ا sic التأكيد & sensus eius est المؤكد corroborans, idest dictio corroboratiua, & confirmatiua alterius dictionis præcedentis. Et communiter bipartitur in corroborans لفظى prolatile, & معنوى sensisluum.

Primi nullam facit mentionem Author in textu, quod sic tamen ab alijs describitur,

هو تكرير اللفظ في الأسماء والأفعال والحروف
Est iteratio vocis in nominibus, & verbis, & particulis.

Exemplum primi, scilicet in nominibus, vt

جاء المعلم المعلم Venit præceptor præceptor.

Ita

Ita رَأَيْتُ ٱلْمُعَلِّمَ ٱلْمُعَلِّمَ Vidi magiſtrum magiſtrum. & مَرَرْتُ بِٱلْمُعَلِّمِ بِٱلْمُعَلِّمِ Appropinquaui præceptori præceptori.

Exemplum ſecundi, vt جَآءَ ٱلْمُعَلِّمُ جَآءَ Venit magiſter venit: ita رَأَيْتُ ٱلْمُعَلِّمَ رَأَيْتُ Vidi magiſtrum vidi: & مَرَرْتُ بِٱلْمُعَلِّمِ مَرَرْتُ Abij prope præceptorem abij.

Exemplum tertij, vt لَا لَا أَفْعَلُ Non, non faciam: & نَعَمْ نَعَمْ أَكْمَلُ Vtique, vtique perficiam: & إِنَّ إِنَّ ٱلْمُعَلِّمَ قَائِمٌ Certè, certè magiſter ſtat.

Secundum verò, nempe corroborans ſenſifluum, eſt illud quod in textu deſcribitur, ac per certas voces ibi expreſſas conſtituitur. Hocque duplex etiam inuenitur, nempe Reſtrictiuum, & Collectiuum.

Primum per has duas primas formatur voces, ſcilicet. نفس, & عين.

Secundum per reliquas.

Exemplpm primi, vt جَآءَ ٱلْأَمِيرُ نَفْسُهُ Venit princeps ipſemet: niſi enim illa vox نفس reſtringeret aduentum

uentum principis ad propriam ipsius personam, poterat facile de aliquo alio ipsum repreſentante, intelligi vtpote de literis, de Miſſo, de Exercitu, vel de eius Cohorte, &c.

Dubium ergo ſublatum eſt, & veritas corroborata manet per illam, vel ſimilem dictionem.

Sed obſeruandum, quòd vltra concordantias in textu aſſignatas trium caſuum & ſpecialitatis, exigit etiam corroborans hoc, vt ſingularium, dualium, & pluralium ſimiliter fiat concordantia:

Exemplum primi, vt جاء الامير نفسه Venit princeps propria perſona: & جاء زيد عينه Venit Zæidus ipſemet: Ita رايت زيدا نفسه Vidi ipſummet Zæidum: & مررت بزيد عينه Abij prope ipſummet Zæidum.

Et in ſingulari fæminino, vt جاءت هند نفسها Venit Henda ipſamet: & رايت هندا عينها Vidi Hendam propriam: & مررت بهند نفسها Appropinquaui ipſimet Hendæ.

In duali vtriuſque generis, vt

جاء الزيدان انفسهما Venerunt duo Zæidi ipſimet:

&

& رَأَيْتُ ٱلزَّيْدَيْنِ أَنْفُسَهُمَا Vidi duos Zæidos eosdemmet: & مَرَرْتُ بِٱلزَّيْدَيْنِ أَنْفُسِهِمَا Appropinquaui ipsismet ambobus Zæidis: ita جَاءَتِ ٱلْهِنْدَانِ أَنْفُسُهُمَا Venerunt ambæ Hændæ ipsæmet: & رَأَيْتُ ٱلْهِنْدَيْنِ أَنْفُسَهُمَا Vidi ambas Hendas ipsasmet: & مَرَرْتُ بِٱلْهِنْدَيْنِ أَنْفُسِهِمَا Appropinquaui ipsismet ambabus Hendis.

In plurali vtriusque generis, vt جَاءَ ٱلزَّيْدُونَ أَنْفُسُهُمْ Venerunt Zæidi ipsimet: & رَأَيْتُ ٱلزَّيْدِينَ أَنْفُسَهُمْ Vidi ipsosmet Zæidos: & مَرَرْتُ بِٱلزَّيْدِينَ أَنْفُسِهِمْ Appropinquaui ipsismet Zæidis. Ita جَاءَتِ ٱلْهِنْدَاتُ أَنْفُسُهُنَّ Venerunt Hendæ ipsæmet: & رَأَيْتُ ٱلْهِنْدَاتِ أَنْفُسَهُنَّ Vidi ipsasmet Hendas: & مَرَرْتُ بِٱلْهِنْدَاتِ أَنْفُسِهِنَّ Appropinquaquaui ipsismet Hendis, &c.

Possunt quoque ambæ voces ad maiorem expressionem in

in vna ſimul coaptari ſententia, vt

جاء زيد نفسه عينه Venit Zæidus ipſemet perſonaliter: & رأيت زيدا نفسه عينه Vidi Zæidum ipſiſſimum: & مررت بزيد نفسه عينه Appropinquaui ipſimet Zæido, &c.

Secundum verò, nempe Collectiuum, vt dictum eſt, per reliquas in litera aſſignatas corroborationis dictiones conſtituitur.

Exemplum, vt جاء القوم كلهم Venit populus omnis: vbi niſi illa collectiua dictio كل totum populum comprehenderet, fortaſſe mens dubitare poſſet, & intelligere per hæc verba جاء القوم quoſdam de populo tantum veniſſe, non omnes: vt ergo ambiguitas omninò de medio tollatur, ac certa veritas comprobetur, corroboratiua & collectiua ſimul dictio addita eſt.

Vnde ſicut illud primum excludit partes in roborato: non enim valet dicere جاء زيد كله Venit Zæidus omnis, cum nulla pars Zæidi ſit, quæ ex ſe ſine toto poſſit abire.

Ita ſecundum, partes in roborato omninò exigit, vt vna quandoque poſſit ſub nomine totius actus ſuos exercere, vt dictum eſt; & per cætera lucidius claret exempla,

vt

vt جَاءَ ٱلْقَوْمُ أَجْمَعُونَ Venit populus vniuerſus , & رَأَيْتُ ٱلْقَوْمَ أَجْمَعِينَ Vidi populum vniuerſum : & مَرَرْتُ بِٱلْقَوْمِ أَجْمَعِينَ Appropinquaui populo vniuerſo .


Ita per tres reliquas, in eodem ſenſu, huius conſocias, ducuntur exempla : vt جَلَسَ ٱلْقَوْمُ كُلُّهُمْ أَجْمَعُونَ أَكْتَعُونَ أَبْتَعُونَ أَبْصَعُونَ Sedit populus totus, vniuerſus, cunctus, omnis. Suo quoque modo alia in cæteris caſibus exempla tu ipſe formare poteris, quæ nos breuitatis gratia dimittimus.

Inter hæc quoque & duale ipſius كُلّ annumeratur , vt جَاءَنِي ٱلرَّجُلَانِ كِلَاهُمَا Venerunt ad me ambo illi duo viri: & جَاءَتِ ٱلْمَرْأَتَانِ كِلْتَاهُمَا Venerunt ad me duæ mulieres ambæ ipſæ, &c.

Obſeruandum tamen, quòd inter has dictiones corroborantes datur ordo, نفس enim in eadem ſententia præcedit عين, & كُلّ ipſam اجمع & hæc cæteras eius affeclas: quæ quidem licèt à diuerſis procedant radicibus, eundem

eundem tamen sensum cum اجمع reddunt, ac illi additæ corroborationem ipsam augent: nam اكتع desumitur à تكاتع الجلد scilicet, retrahere pellem, vel congregare: & ابتع ab البتع quod est longitudo, vel extensio colli: & ابصع ab ipso البصيع quod congregatio sudoris dicitur, trahitur.

Contendunt tandem hoc loco Bassarensium, & Cusensium Gymnasia: isti enim asserunt de النكرة scilicet, Generalitate dari posse corroborationem: illi verò negant, & hanc eorum opinionem, multis probant rationibus veram, cum quibus est Author, qui propterea post التعريف Specialitatem, concordantiam التنكير generalitatis dimisit.



CAPVT



بَابُ ٱلْبَدَلِ

CAPVT PERMVTATIONIS, seu Substitutionis.

ٱلْمَتْنُ — Arabicus Textus. — ٱلْعَرَبِيُّ

إِذَا أُبْدِلَ ٱسْمٌ مِنِ ٱسْمٍ أَوْ فِعْلٌ مِنْ فِعْلٍ تَبِعَهُ فِي
جَمِيعِ إِعْرَابِهِ وَهُوَ عَلَى أَرْبَعَةِ أَقْسَامٍ بَدَلُ ٱلشَّيْءِ
مِنَ ٱلشَّيْءِ وَبَدَلُ ٱلْبَعْضِ مِنَ ٱلْكُلِّ وَبَدَلُ ٱلْاِشْتِمَالِ
وَبَدَلُ ٱلْغَلَطِ نَحْوُ قَوْلِكَ جَاءَ زَيْدٌ أَخُوكَ وَأَكَلْتُ
ٱلرَّغِيفَ ثُلُثَهُ وَنَفَعَنِي زَيْدٌ عِلْمُهُ وَرَأَيْتُ زَيْدًا
ٱلْفَرَسَ أَرَدْتَ أَنْ تَقُولَ ٱلْفَرَسَ فَغَلِطْتَ فَأَبْدَلْتَ
زَيْدًا مِنْهُ ❀

Est cùm substituitur nomen loco nominis; aut verbum loco verbi, quod sequitur in omnibus casibus suis. Et est quadruplex; Substitutio rei loco rei; & substitutio partis pro toto; & substitutio inclusionis; & substitutio erroris. Vt cùm dicis: Venit Zæidus, frater tuus: & Comedi panem, tertiam eius partem: & Profuit mihi Zæidus, scitntia eius; & Vidi Zæidum, equum. Volebas enim dicere, Vidi equum, & errasti; commutasti igitur Zæidum in eum (scilicet equum.)

التوماوى Thomea Expositio. الشرح

QVartum, & vltimum ex التوابع scilicet sequentibus rafaata, est البدل substitutum, quod sic describitur,

هو التابع المقصود بالحكم بلا واسطة بينه وبين متبوعه Est subsequens intentum in sententia, absque medio inter ipsum, & inter illud, ad quod subsequitur.

Vnde subsequens, seu substitutum, sequitur illud immediatè, pro quo substituitur in omnibus suis casibus tam in Rafaa & Nasba, quàm in Chafdha & Gezma.

Ideoque

Ideoque ſubſtituitur nomen loco nominis, vt جاءَ عمرٌو أبوكَ Venit Amrus, pater tuus. Et verbum loco verbi, vt مَن يَفعَلْ ذَلِكَ يَلقَ أثامًا Qui faciet hæc incidet in iniquitatem. Pater enim eſt nomen ſubſequens, quod ſubſtituitur loco Amri; & incidet eſt pariter ſubſequens, intentum à loquente, quod loco, faciet, ponitur, illudque in ſuo caſu ſequitur. Hæc autem ſubſtitutio ſeu permutatio, vt ex textu habetur, quadruplex eſt.

Prima dicitur permutatio rei in rem, vel vt Arabiſmus inquit, rei à re, ideſt vt alij dicunt,

بدل الكل من الكل Commutatio totius à toto: In quà quidem ſignificatum ſecundi, nempe ſubſtituti, omninò idem eſt, quod primi, vt جاءَني زيدٌ أخوكَ Venit ad me Zæidus: frater tuus. Et رأيتُ زيدًا أخاكَ Vidi Zæidum: fratrem tuum. Et مررتُ بزيدٍ أخيكَ Appropinquaui Zæido; fratri tuo. Vbi illam eandem perſonam totam, quam ſignificat hoc nomen, Zæidus, ſignificat, & frater tuus, quod ſanè gratia ſupplementi explicationis, pro eo ſubſtitutum eſt.

Secunda eſt permutatio partis è toto, in qua poſterius ſubſtitutum, eſt pars totius prius nominati, vt اكلتُ البطيخَ نصفَهُ Comedi peponem: medietatem eius;



۞ باب منصوبات الأسماء ۞

CAPVT NASBATORVM Nominum.

المتن — Arabicus Textus. — العربي

المنصوبات خمسة عشر وهي المفعول به والمصدر وظرف الزمان وظرف المكان والحال والتمييز والمستثنى واسم لا والمنادى والمفعول من أجله والمفعول معه وخبر كان وأخواتها واسم إن وأخواتها والتابع للمنصوب وهو أربعة أشياء النعت والعطف والتوكيد والبدل ۞

الترجمة — Latina Interpretatio. — الافرنجية

Nasbantia ſunt quindecim, & ipſa ſuut; Pa-

tiens in quo, & Infinitum, & Spatium temporis, & Circumstantia loci, & Status, & Discretiuum, & Exceptiuum, & nomeu ipsius لا, & Vocatum, & Patiens gratia cuius, & Patiens cum quo; & Nuntium كان & sororum eius, & Nomen انّ & sororum eius, & Sequens nasbatum, quod est quadruplex, Adiectiuum, & Copulatum, & Confirmatiuum, & Commutatum.

الشرح Thomea expositio. التوماوي

Singulare huius vocis المنصوبات est المنصوب nasbatum, idest, accusandi casu affectum, quod sic describitur,

المنصوب هو ما دخل عليه عامل النصب

Nasbatum est illud, cui aduenit regens accusatiui. Atque in litera dicitur quòd nasbata sunt quindecim.

Primum est Passiuum in quo scilicet cadit actio, vt ضربت زيدا Verberaui Zæidum.

Secundum est Infinitiuum, vt ضربت ضربا Verberaui verberatione.

Tertium est Spatium temporis, vt صمت يوما Ieiunaui die.

faa eius, & Nasba eius, & Chafdha eius, & specialitate eius. Et fit vocibus notis, quæ sunt: Ipſummet, & Idemmet, & Omne, & Vniuerſum, & ſequentia vniuerſum, quæ ſunt اكتع, & ابتع & ابصع Vniuerſum. Dices, Surrexit Zæidus ipſemet: & Vidi cætum omnem: & Abij prope cætum vniuerſum.

الدوماوى Thomea Expoſitio. الشرح

HAec dictio التوكيد poteſt etiam ſcribi cum ا ſic التاكيد & ſenſus eius eſt المؤكد corroborans, ideſt dictio corroboratiua, & confirmatiua alterius dictionis præcedentis. Et communiter bipartitur in corroborans لفظى prolatile, & معنوى ſenſifluum.

Primi nullam facit mentionem Author in textu, quod ſic tamen ab alijs deſcribitur,

هو تكرير اللفظ في الاسماء والافعال والحروف
Eſt iteratio vocis in nominibus, & verbis, & particulis.

Exemplum primi, ſcilicet in nominibus, vt

جاء المعلم المعلم Venit præceptor præceptor.

Ita رَأَيْتُ ٱلْمُعَلِّمَ ٱلْمُعَلِّمَ Vidi magiſtrum magiſtrum. & مَرَرْتُ بِٱلْمُعَلِّمِ بِٱلْمُعَلِّمِ Appropinquaui præceptori præceptori.

Exemplum ſecundi, vt جَاءَ ٱلْمُعَلِّمُ جَاءَ Venit magiſter venit: ita رَأَيْتُ ٱلْمُعَلِّمَ رَأَيْتُ Vidi magiſtrum vidi: & مَرَرْتُ بِٱلْمُعَلِّمِ مَرَرْتُ Abij prope præceptorem abij.

Exemplum tertij, vt لَا لَا أَجْهَلُ Non, non faciam: & نَعَمْ نَعَمْ أَكْمِلُ Vtique, vtique perficiam: & إِنَّ إِنَّ ٱلْمُعَلِّمَ قَائِمٌ Certè, certè magiſter ſtat.

Secundum verò, nempe corroborans ſenſifluum, eſt illud quod in textu deſcribitur, ac per certas voces ibi expreſſas conſtituitur. Hocque duplex etiam inuenitur, nempe Reſtrictiuum, & Collectiuum.

Primum per has duas primas formatur voces, ſcilicet نَفْسٌ, & عَيْنٌ.

Secundum per reliquas.

Exemplpm primi, vt جَاءَ ٱلْأَمِيرُ نَفْسُهُ Venit princeps ipſemet: niſi enim illa vox نَفْس reſtringeret aduentum

uentum principis ad propriam ipsius personam, poterat facile de aliquo alio ipsum repreſentante, intelligi vtpote de literis, de Miſſo, de Exercitu, vel de eius Cohorte, &c.

Dubium ergo ſublatum eſt, & veritas corroborata manet per illam, vel ſimilem dictionem.

Sed obſeruandum, quòd vltra concordantias in textu aſſignatas trium caſuum & ſpecialitatis, exigit etiam corroborans hoc, vt ſingularium, dualium, & pluralium ſimiliter fiat concordantia:

Exemplum primi, vt جَاءَ ٱلْأَمِيرُ نَفْسُهُ Venit princeps propria perſona: & جَاءَ زَيْدٌ عَيْنُهُ Venit Zæidus ipſemet: Ita رَأَيْتُ زَيْدًا نَفْسَهُ Vidi ipſummet Zæidum: & مَرَرْتُ بِزَيْدٍ عَيْنِهِ Abij prope ipſummet Zæidum.

Et in ſingulari fæminino, vt جَاءَتْ هِنْدٌ نَفْسُهَا Venit Henda ipſamet: & رَأَيْتُ هِنْدًا عَيْنَهَا Vidi Hendam propriam: & مَرَرْتُ بِهِنْدٍ نَفْسِهَا Appropinquaui ipſimet Hendæ.

In duali vtriuſque generis, vt

جَاءَ ٱلزَّيْدَانِ أَنْفُسُهُمَا Venerunt duo Zæidi ipſimet: &

& رَأَيْتُ الزَّيْدَيْنِ أَنْفُسَهُمَا Vidi duos Zæidos eosdemmet: & مَرَرْتُ بِالزَّيْدَيْنِ أَنْفُسِهِمَا Appropinquaui ipsismet ambobus Zæidis: ita جَاءَتِ الْهِنْدَانِ أَنْفُسُهُمَا Venerunt ambæ Hændæ ipsæmet: & رَأَيْتُ الْهِنْدَيْنِ أَنْفُسَهُمَا Vidi ambas Hendas ipsasmet: & مَرَرْتُ بِالْهِنْدَيْنِ أَنْفُسِهِمَا Appropinquaui ipsismet ambabus Hendis.

In plurali vtriusque generis, vt جَاءَ الزَّيْدُونَ أَنْفُسُهُمْ Venerunt Zæidi ipsimet: & رَأَيْتُ الزَّيْدِينَ أَنْفُسَهُمْ Vidi ipsosmet Zæidos: & مَرَرْتُ بِالزَّيْدِينَ أَنْفُسِهِمْ Appropinquaui ipsismet Zæidis. Ita جَاءَتِ الْهِنْدَاتُ أَنْفُسُهُنَّ Venerunt Hendæ ipsæmet: & رَأَيْتُ الْهِنْدَاتِ أَنْفُسَهُنَّ Vidi ipsasmet Hendas: & مَرَرْتُ بِالْهِنْدَاتِ أَنْفُسِهِنَّ Appropinquaui ipsismet Hendis, &c.

Possunt quoque ambæ voces ad maiorem expressionem in

in vna ſimul coaptari ſententia, vt

جَاءَ زَيْدٌ نَفْسُهُ عَيْنُهُ Venit Zæidus ipſemet perſonaliter: & رَأَيْتُ زَيْدًا نَفْسَهُ عَيْنَهُ Vidi Zæidum ipſiſſimum: & مَرَرْتُ بِزَيْدٍ نَفْسِهِ عَيْنِهِ Appropinquaui ipſimet Zæido, &c.

Secundum verò, nempe Collectiuum, vt dictum eſt, per reliquas in litera aſſignatas corroborationis dictiones conſtituitur.

Exemplum, vt جَاءَ ٱلْقَوْمُ كُلُّهُمْ Venit populus omnis: vbi niſi illa collectiua dictio كل totum populum comprehenderet, fortaſſe mens dubitare poſſet, & intelligere per hæc verba جاء القوم quoſdam de populo tantum veniſſe, non omnes: vt ergo ambiguitas omninò de medio tollatur, ac certa veritas comprobetur, corroboratiua & collectiua ſimul dictio addita eſt.

Vnde ſicut illud primum excludit partes in roborato: non enim valet dicere جَاءَ زَيْدٌ كُلُّهُ Venit Zæidus omnis, cum nulla pars Zæidi ſit, quæ ex ſe ſine toto poſſit abire.

Ita ſecundum, partes in roborato omninò exigit, vt vna quandoque poſſit ſub nomine totius actus ſuos exercere, vt dictum eſt; & per cætera lucidius claret exempla,

vt جَاءَ ٱلْقَوْمُ أَجْمَعُونَ Venit populus vniuerſus , & رَأَيْتُ ٱلْقَوْمَ أَجْمَعِينَ Vidi populum vniuerſum : & مَرَرْتُ بِٱلْقَوْمِ أَجْمَعِينَ Appropinquaui populo vniuerſo.


Ita per tres reliquas, in eodem ſenſu, huius conſocias, ducuntur exempla : vt جَلَسَ ٱلْقَوْمُ كُلُّهُمْ أَجْمَعُونَ أَكْتَعُونَ أَبْتَعُونَ أَبْصَعُونَ Sedit populus totus, vniuerſus, cunctus, omnis. Suo quoque modo alia in cæteris caſibus exempla tu ipſe formare poteris, quæ nos breuitatis gratia dimittimus.

Inter hæc quoque & duale ipſius كُلّ annumeratur , vt جَاءَنِي ٱلرَّجُلَانِ كِلَاهُمَا Venerunt ad me ambo illi duo viri: & جَاءَتِ ٱلْمَرْأَتَانِ كِلْتَاهُمَا Venerunt ad me duæ mulieres ambæ ipſæ, &c.

Obſeruandum tamen, quòd inter has dictiones corroborantes datur ordo, نفس enim in eadem ſententia præcedit عين, & كُلّ ipſam اجمع & hæc cæteras eius aſſeclas: quæ quidem licèt à diuerſis procedant radicibus, eundem

eundem tamen ſenſum cum اجمع reddunt, ac illi additæ corroborationem ipſam augent: nam اكتع deſumitur à تكاتع الجلد ſcilicet, retrahere pellem, vel congregare: & ابتع ab البتع quod eſt longitudo, vel extenſio colli: & ابصع ab ipſo البصيع quod congregatio ſudoris dicitur, trahitur.

Contendunt tandem hoc loco Baſſarenſium, & Cuſenſium Gymnaſia: iſti enim aſſerunt de النكرة ſcilicet, Generalitate dari poſſe corroborationem: illi verò negant, & hanc eorum opinionem, multis probant rationibus veram, cum quibus eſt Author, qui propterea poſt التعريف Specialitatem, concordantiam التنكير generalitatis dimiſit.



CAPVT



۞ باب البدل ۞

CAPVT PERMVTATIONIS, seu Substitutionis.

المتن | Arabicus Textus. | العربي

إذا أبدل اسم من اسم أو فعل من فعل تبعه في
جميع إعرابه وهو على أربعة أقسام بدل الشيء
من الشيء وبدل البعض من الكل وبدل الاشتمال
وبدل الغلط نحو قولك جاء زيد أخوك وأكلت
الرغيف ثلثه ونفعني زيد علمه ورأيت زيدا
الفرس أردت أن تقول الفرس فغلطت فأبدلت
زيدا منه ۞

Eſt cùm ſubſtituitur nomen loco nominis; aut verbum loco verbi, quod ſequitur in omnibus caſibus ſuis. Et eſt quadruplex; Subſtitutio rei loco rei; & ſubſtitutio partis pro toto; & ſubſtitutio incluſionis; & ſubſtitutio erroris. Vt cùm dicis: Venit Zæidus, frater tuus: & Comedi panem, tertiam eius partem: & Profuit mihi Zæidus, ſcitntia eius; & Vidi Zæidum, equum. Volebas enim dicere, Vidi equum, & errasti; commutaſti igitur Zæidum in eum (ſcilicet equum.)

الثُوماوِي Thomea Expoſitio. الشَّرح

Quartum, & vltimum ex التوابع ſcilicet ſequentibus raſaata, eſt البدل ſubſtitutum, quod ſic deſcribitur,

هُوَ التَّابِعُ المَقصُودُ بِالحُكمِ بِلا وَاسِطَةٍ بَينَهُ وَبَينَ مَتبُوعِهِ Eſt ſubſequens intentum in ſententia, abſque medio inter ipſum, & inter illud, ad quod ſubſequitur.

Vnde ſubſequens, ſeu ſubſtitutum, ſequitur illud immediatè, pro quo ſubſtituitur in omnibus ſuis caſibus tam in Raſaa & Nasba, quàm in Chafdha & Gezma.

Ideoque

Ideoque ſubſtituitur nomen loco nominis, vt جَاءَ عَمْرُو أَبُوكَ Venit Amrus, pater tuus. Et verbum loco verbi, vt مَنْ يَفْعَلْ ذٰلِكَ يَلْقَ أَثَامًا Qui faciet hæc incidet in iniquitatem. Pater enim eſt nomen ſubſequens, quod ſubſtituitur loco Amri: & incidet eſt pariter ſubſequens, intentum à loquente, quod loco, faciet, ponitur, illudque in ſuo caſu ſequitur. Hæc autem ſubſtitutio ſeu permutatio, vt ex textu habetur, quadruplex eſt.

Prima dicitur permutatio rei in rem, vel vt Arabiſmus inquit, rei à re, ideſt vt alij dicunt, بدل الكل من الكل Commutatio totius à toto: In qua quidem ſignificatum ſecundi, nempe ſubſtituti, omninò idem eſt, quod primi, vt جَاءَنِي زَيْدٌ أَخُوكَ Venit ad me Zæidus: frater tuus. Et رَأَيْتُ زَيْدًا أَخَاكَ Vidi Zæidum: fratrem tuum. Et مَرَرْتُ بِزَيْدٍ أَخِيكَ Appropinquaui Zæido; fratri tuo. Vbi illam eandem perſonam totam, quam ſignificat hoc nomen, Zæidus, ſignificat, & frater tuus, quod ſanè gratia ſupplementi explicationis, pro eo ſubſtitutum eſt.

Secunda eſt permutatio partis è toto, in qua poſterius ſubſtitutum, eſt pars totius prius nominati, vt أَكَلْتُ الْبِطِّيخَ نِصْفَهُ Comedi peponem: medietatem eius;

Tertia est substitutio comprehensionis, seu continentiæ, in qua nec totum, nec pars subintrat aut nominatur: sed respectus, & complicatio quædam rei in re, ob quam vna pro alia in permutatione sumitur, vt أعجبني زيد حسنه Placuit mihi Zæidus; pulchritudo eius. Et أعجبني الجارية لبسها Placuit mihi ancilla; vestis eius.

Quarta denique est permutatio erroris mentis, vel lapsus linguæ, vel obliuionis memoriæ tantum, vt رأيت رجلا حمارا Vidi virum, asinum: volebas enim dicere, Vidi asinum, sed errando dixisti, vidi virum; ideoque commutando, eius loco statim constituisti asinum, quem verè vidisti.

Hæc autem familiariter inter loquendum accidere solent, quæ etiam eleganter, inquiunt, per بل corriguntur, vt مررت برجل بل حمار Appropinquaui viro; verum asino; vel inquam asino.

Quamobrem tam primum, quàm eius substitutum secundum, aut sunt ambo معرفتين specialia, aut ambo نكرتين generalia: quorum exempla supra satis patent. Aut sunt ambo مختلفتين distincta, vt

 Venit

جَاءَنِي رَجُلٌ غُلَامٌ هٰذَا زَيْدٌ Venit ad me vir, seruus, iste, Zæidus.

Potest quoque fieri permutatio à speciali ad generale, sed cum epitheti additione, ne quid minus sit secundum à primo; vt مَرَرْتُ بِزَيْدٍ رَجُلٍ صَالِحٍ Appropinquaui Zæido viro probo: Aut ambo etiam sunt ظَاهِرَيْنِ Manifesta, vt جَاءَنِي زَيْدٌ أَخُوكَ Venit ad me Zæidus: frater tuus. Aut ambo مُضْمَر signata, vt الزَّيْدُونَ لَقِيتُهُمْ إِيَّاهُمْ Illi Zæidi, inueni eos ipsos. Aut ambo distincta, vt

أَخُوكَ ضَرَبْتُهُ زَيْدًا وَأَخُوكَ ضَرَبْتُ زَيْدًا إِيَّاهُ

Frater tuus verberaui eum, Zæidum. Et frater tuus verberaui Zæidum ipsum: idest, Frater tuus est Zæidus, quem verberaui, &c. Et non fit permutatio totius de non manifesto ad manifestum, nisi pro absente, vt ضَرَبْتُهُ زَيْدًا Verberaui ipsum Zæidum. Hæc de permutatione; & vniuersaliter tandem de rafaatis.



۞ بَابُ مَنْصُوبَاتِ ٱلْأَسْمَاءِ ۞

CAPVT NASBATORVM Nominum.

ٱلْمَتْنُ Arabicus Textus. ٱلْعَرَبِيُّ

أَلْمَنْصُوبَاتُ خَمْسَةَ عَشَرَ وَهِيَ ٱلْمَفْعُولُ بِهِ وَٱلْمَصْدَرُ وَظَرْفُ ٱلزَّمَانِ وَظَرْفُ ٱلْمَكَانِ وَٱلْحَالُ وَٱلتَّمْيِيزُ وَٱلْمُسْتَثْنَى وَٱسْمُ لَا وَٱلْمُنَادَى وَٱلْمَفْعُولُ مِنْ أَجْلِهِ وَٱلْمَفْعُولُ مَعَهُ وَخَبَرُ كَانَ وَأَخَوَاتِهَا وَٱسْمُ إِنَّ وَأَخَوَاتِهَا وَٱلتَّابِعُ لِلْمَنْصُوبِ وَهُوَ أَرْبَعَةُ أَشْيَاءَ ٱلنَّعْتُ وَٱلْعَطْفُ وَٱلتَّوْكِيدُ وَٱلْبَدَلُ ۞

أَلتَّرْجَمَةُ Latina Interpretatio. ٱلْأَفْرَنْجِيَّةُ

Nasbantia ſunt quindecim, & ipſa ſuut; Patiens

tiens in quo, & Infinitum, & Spatium temporis, & Circumstantia loci, & Status, & Discretiuum, & Exceptiuum, & nomeu ipsius لا, & Vocatum, & Patiens gratia cuius, & Patiens cum quo; & Nuntium كان & sororum eius, & Nomen انّ & sororum eius, & Sequens nasbatum, quod est quadruplex, Adiectiuum, & Copulatum, & Confirmatiuum, & Commutatum.

الشرح — Thomea expositio. — التوماوي

SIngulare huius vocis المنصوبات est المنصوب nasbatum, idest, accusandi casu affectum, quod sic describitur,

المنصوب هو ما دخل عليه عامل النصب

Nasbatum est illud, cui aduenit regens accusatiui. Atque in litera dicitur, quòd nasbata sunt quindecim.

Primum est Passiuum in quo scilicet cadit actio, vt ضربت زيدا Verberaui Zæidum.

Secundum est Infinitiuum, vt ضربت ضربا Verberaui verberatione.

Tertium est Spatium temporis, vt صمت يوما Ieiunaui die.

 Quartum

Quartum eſt Circumſtantia loci, vt

صَلَّيْتُ أَمَامَ ٱلشَّيْخِ Oraui coram presbytero.

Quintum eſt Status, ſeu Modus, vt

جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا Venit Zæidus equitando.

Sextum eſt Diſcretiuum, ſeu Diſtinctiuum, vt

طَابَ زَيْدٌ نَفْسًا Bonus fuit Zæidus anima.

Septimum eſt Exceptiuum, vt جَاءَ ٱلْقَوْمُ إِلَّا زَيْدًا Venit populus, præter Zæidum.

Octauum eſt Nomen voculæ negntiuæ لَا, vt

لَا رَجُلَ فِي ٱلدَّارِ Non eſt vir in domo.

Nonum eſt vocatum, vt يَا رَجُلًا O virum.

Decimum Paſſiuum gratia cuius, vt

قَامَ زَيْدٌ إِجْلَالًا لِعَمْرٍو Surrexit Zæidus gratia honorandi Amrum.

Et vndecimum eſt Paſſiuum cum quo, ſcilicet ſit actio, vt جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ Venit Princeps cum exercitu.

Duodecimum eſt Nuncium, ſeu Prædicatum كَانَ, & ſororum eius, vt كَانَ زَيْدٌ عَاقِلًا Fuit Zæidus prudens.

Deci-

Decimum tertium est Nomen, seu subiectum إنّ & sororum eius, vt إن زيدا فاضل Vtique Zaidus est virtute prædîtus.

Decimum quartum est sequens Nasbatum quod quadruplex est, scilicet

Adiectiuum, vt رأيت زيدا العاقل Vidi Zaidum sapientem.

Et Copulatum, vt رأيت زيدا وعمرا Vidi Zaidum, & Amrum.

Et confirmans, vt رأيت زيدا نفسه Vidi Zaidum ipsummet.

Et Commutatum, vt رأيت زيدا أخاك Vidi Zaidum: fratrem tuum.


Aduertendum est autem, quòd Author hìc quindecim promittit Nasbata, & quatuordecim tantum suis nominibus exprimit: vnde decimum quintum obmittere videtur. Sed vt opinor, sub duodecimo & decimotertio illud annexum intelligit, cum ظننت & sorores eius, quæ ratione prædicati sub كان, & ratione subiecti sub إنّ vtrumque nasbando contineri videntur, potissimum inter nasbata numerari debuerant, quæ etsi non primum cum Passiuo in quo, vt quidam arbitrantur, quartumdecimum tamen locum separatim post duo illa obtinere saltem oportebat, quod quidem tanquam ibi subintellectum, per ea

quæ

quæ ſupra capite de Inçæpto de his præmiſerat, ſatis putauit expreſſum.

Dicamus ergo decimum quartum nasbatorum eſſe Inçæptum & Nuncium, ſeu Suppoſitum & Appoſitum, vel Subiectum & Prædicatum ظننت & ſorores eius, vt ظننت زيدا قائما Putaui Zæidum ſtantem. Et ita quintum decimum nasbatorum, debito ordine, ſequens nasbatum, erit.

Ergo quindecim ſunt nasbata, cum ſuis hic exemplis breuiter explicata: quibus ad vberiorem notitiam per ordinem, in ſequentibus (dempto iam dicto) ſingula ſingulis capita diſtribuit Et primò à Paſſiuo in quo, tanquam ab omnium principe, exordium ſumit.



Caput

۞ باب المفعول به ۞

CAPVT PATIENTIS IN QVO.

المتن **Arabicus Textus.** العربي

المفعول به هو الاسم المنصوب الذي يقع به
الفعل نحو ضربت زيدا وركبت الفرس وهو
قسمان ظاهر ومضمر فالظاهر ما تقدم ذكره
والمضمر قسمان متصل ومنفصل فالمتصل
اثني عشر نحو قولك ضربني وضربنا وضربك
وضربك وضربكما وضربكم وضربكن و
ضربه وضربها وضربهما وضربهم وضربهن ۞
والمنفصل اثني عشر نحو قولك إياي وإيانا
وإياك وإياك وإياكما وإياكم
و

وَإِيَّاكُنَّ وَإِيَّاهُ وَإِيَّاهَا وَإِيَّاهُمَا وَإِيَّاهُمْ
وَإِيَّاهُنَّ ۞

الترجمة Latina Interpretatio الافرنجية

Patiens in quo, eſt nomen nasbatum, in quo cadit actio: vt Verberaui Zæidum, & Equitaui equum: eſtque duplex, & ſub pronomine Inſinuatum. Manifeſtum enim, ideſt, cuius præceſſit memoria: Inſinuatum autem ſub pronomine, eſt duplex, Coniunctum, & Diſiunctum. Coniuncta quidem ſunt duodecim, vt Verberauit me, & Verberauit nos, & Verberauit te, & Verberauit te fæm. & Verberauit vos ambos vel ambas, & Verberauit vos, & Verberauit vos fæm. & Verberauit eum, & Verberauit eam, & Verberauit vtrumque vel vtramque, & Verberauit illos, & Verberauit illas, At Diſiuncta duodecim ſunt, vt cum dicis: Me, & Nos, & Te, & Te fæm. & Vos duos vel duas, & Vos, & Vos fæm. & Illum, & Illam, & Illos duos vel duas, & Illos, & Illas.

الشرح Thomea expoſitio التوماوي

Ex deſcriptione Patientis in quo, iam habita in textu, peroptime dignoſcitur, quod illa, ex ad

به, ad articulum ال ipsius المفعول refertur, adeo quod illud verè dicatur Patiens, in quo cadit actio: siue cadat ضربت الغلام حسيا sensibiliter, & realiter, vt Verberaui seruum: siue معنويا intelligibiliter, & significatiuè, vt فهمت المسئلة Percepi petitionem vel quæsitum. Vnde exempla supra allata in litera, de primo dantur, nimirum Verberaui Zæidum, & Equitaui equum, Zæidum enim est nomen nasbatum, in quo quidem cecidit actio verberationis, & equum equitationis: propterea ambo tanquam patientia in accusatiuo posita sunt.

Indifferenter autem ipsum Patiens in quo, inquit, est duplex, Manifestum, & Insinuatum sub pronomine.

Primum, idest,
الظاهر هو ما دل بلفظه وحروفه على معناه
Manifestum est illud, quod indicat per vocem suam, & literas suas, significatum suum: vt ضربت عمرا Verberaui Amrum, & اعطيت عمرا درهما Dedi Amro denarium, vel pecuniam. Et similiter ضربت الزيدين Verberaui Zæidos, & ضربت الرجال Verberaui viros,

& ضُرِبَتْ هِنْدًا Verberaui Hendam , &

ضُرِبَتْ آلْهِنْدَيْنِ Verberaui duas Hendas , &

ضُرِبَتْ آلْهِنْدَاتِ Verberaui Hendas , &

ضُرِبَتْ آلْهُنُودَ Verberaui Hendas, & ضُرِبَتْ آلْقَوْمَ Verberaui populum , & ضُرِبَتْ آلنِّسَاءَ Verberaui mulieres ; &c.

In quibus exemplis Patiens in quo , tam per literas , quàm per vocem sibi impositam , est Manifestum .

Quod quidem aliquando جَوَازًا permissiuè actionem ipsum regentem , præcedit , vt اللّٰهَ أَعْبُدُ Deum colo , & وَجْهَ ٱلْحَبِيبِ أَتَمَنَّى Faciem dilecti exopto .

Et aliquando وُجُوبًا necessariò , vt interrogatiuè مَنْ رَأَيْتَ Quem vidisti ? & conditionaliter مَنْ تُكْرِمْ يُكْرِمْكَ Quem honoraueris , honorabit te .

Et ali-

Et aliquando subtrahitur ipsa actio, ob præcedentem interrogationem, vt, si quis sciscitarit, quem percuties? dixerisque statim زَيْدًا Zæidum, subintelligitur, percutiam.

Insinuatum autem sub pronomine adhuc duplex assignatur متصل Coniunctum seu Affixum, & منفصل Disiunctum seu separatum.

Primũ quidẽ هو الذى لا يبتدى به ولا يقع بعد الا est illud, per quod non inchoatur, neque accidit post nisi.

Secundum verò per oppositum هو الذى يبتدى به ويقع بعد الا Est illud, quo inchoatur (oratio) & accidit post nisi. Et tam coniuncta, quàm Disiuncta, inquit, sunt duodecim; quorum exempla ad maiorem euidentiam, è litera sunt hic explicanda.

Primò igitur fit Passiuum in quo, Insinuatum, Coniunctum, seu affixum in primis personis per ي, vel ا, vt ضربني زيد Verberauit me Zæidus: vbi ي ipsius ني dicitur Patiens in quo, insinuatum, quia non nomen manifestum, sed pronomen primæ personæ singularis, quod eandem insinuat, solummodo verbo affixum habet. ن verò illi iuncta, dicitur nun الوقاية sustentationis, quia ipsam ي ex natura infirmam, ne ob similium concursum cadat, sustentat, atque conseruat. Nec nasbatur ي, quia indeclina-

clinabilis est, tamen inquiunt, محله النصب Locus eius est nasbæ, idest ibi est locus nasbæ, si manere prohiberetur. Idem de cæteris similibus intellige in sequentibus.

Secundò, vt ضربنا زيد Verberauit nos Zæidus: نا similiter Patiens in quo insinuatum, vel indicium patientis in quo, scilicet primæ personæ pluralis, vel magnificentiæ gratia etiam loquentis, scilicet singularis dicitur. Cuius fatha non nasbæ signum, seu declinationis, sed suæ بناء editionis, seu indeclinabilis formæ indicium.

Tertiò secundarum personarum, & præfati patientis nota, est sola ك verbo affixa, cetera vero ei, vt distinctiua generis & numeri, scias esse apposita., vt ضربك زيد Verberauit te Zæidus: ك igitur hic fathata, secundam personam singul. mascul. indicat, cuius fatha, non declinationis, sed tantum sui inuariabilis status est signum.

Quartò, vt ضربكِ زيد Verberauit te fæm. Zæidus. vbi ك Kesrata secundam personam singul. fæmin. patientem insinuat.

Quinto, vt ضربكما زيد Verberauit vos duos, vel duas Zæidus: vbi ك idem, & م cum duale commune indicat.

Sextò, vt ضربكم زيد Verberauit vos Zæidus, ك eiusdem, م secundæ personæ plural. masc. est nota.

Septimò

Septimo, vt ضربكن زيد Verberauit vos fæmin. Zæidus: كن idem, & ن duplicata secundam personam plural.fæm. significat.

Octauo ه sola præfati patientis in tertijs personis signum adhibetur, cetera autem ei adiuncta, generis & numeri sunt indicia, vt ضربه زيد Verberauit eum Zæidus, vbi ه loco nasbæ, & vt tertiæ personæ singul.masc. signum adhibetur.

Nono, vt ضربها زيد Verberauit eam Zæidus: ه fathata pro بناء & ا pro fæm. indicio.

Decimo, vt ضربهما زيد Verberauit illos duos, vel illas duas Zæidus: ه enim patiens sæpè dictum: ن verò & ا aleph duale vtrique generi commune, ostendit.

Vndecimo, vt ضربهم زيد Verberauit eos Zæidus ه eiusdem, & م tertiæ personæ plur.masc. nota.

Duodecimo, vt ضربهن زيد Verberauit eas Zæidus: ه idem omnino, & ن roborata tertiam personam plural. fæmin. designat.

Vnde expletis iam duodecim Passiui coniuncti seu affixi exempl s: eodem quippe ordine, alia duodecim Passiui in quo disiuncti, seu à verbo separati, proponit.

Disiunctorum igitur primum est اياى vt

اياىَ أَكْرَمْتَ Me honorasti, aut

مَا أَكْرَمْتَ الَّا اياىَ Non honorasti, nisi me. Vbi

ايا semper passiuum in quo designat, & ى nota est communis primæ personæ singular. & consequenter نا eiusdem sed plural. & ك secundæ, & ه tertiæ, vt supra dictum est.

Secundum, vt ايانا أَكْرَمْتَ nos honorasti, aut

مَا أَكْرَمْتَ الَّا ايانا non honorasti nisi nos.

Tertium vt اياكَ أَكْرَمْتُ te honoraui, vel

مَا أَكْرَمْتُ الَّا اياكَ non honoraui nisi te.

Quartum vt اياكِ أَكْرَمْتُ te fem. honoraui,

vel مَا أَكْرَمْتُ الَّا اياكِ non honoraui nisi te fem.

Quintum, vt اياكُمَا أَكْرَمْتُ vos duos, vel duas honoraui, aut مَا أَكْرَمْتُ الَّا اياكُمَا non honoraui nisi vos duos, vel duas.

Sextum

Sextum, vt إِيَّاكُمْ أَكْرَمْتُ vos honoraui, vel مَا أَكْرَمْتُ إِلَّا إِيَّاكُمْ Non honoraui nisi vos.

Septimum vt إِيَّاكُنَّ أَكْرَمْتُ Vos fæm. honoraui, vel مَا أَكْرَمْتُ إِلَّا إِيَّاكُنَّ Non honoraui nisi vos.

Octauum, vt إِيَّاهُ أَكْرَمْتُ Illum honoraui, vel مَا أَكْرَمْتُ إِلَّا إِيَّاهُ Non honoraui, nisi illum.

Nonum, vt إِيَّاهَا أَكْرَمْتُ Illam honoraui, vel مَا أَكْرَمْتُ إِلَّا إِيَّاهَا Non honoraui, nisi illam.

Decimum, vt إِيَّاهُمَا أَكْرَمْتُ Illos duos, vel illas duas honoraui, aut مَا أَكْرَمْتُ إِلَّا إِيَّاهُمَا Nō honoraui, nisi illos duos, vel illas duas.

Vndecimum, vt إِيَّاهُمْ أَكْرَمْتُ Illos honoraui, vel مَا أَكْرَمْتُ إِلَّا إِيَّاهُمْ Non honoraui, nisi illos.

Duodecimum, vt إِيَّاهُنَّ أَكْرَمْتُ Illas honoraui,

vel أَكْرَمْتُ الَّا اِيَّاهُنَّ Non honoraui, nisi illas.

Est ergo doctrina Bassarensium, quòd hæc vox ايا sola sit Passiuum disiunctum, siue passiui signum: cetera verò, quæ ei annectuutur, veluti notæ primæ, secundæ, & tertiæ personæ: singularis, dualis, & plural is numeri: & masculini, & fæminini generis distinctiuæ apponantur.

Cufenses verò totum aggregatum simul, Passiui in quo, esse autumant.



Caput



۞ بَابُ ٱلْمَصْدَرِ ۞

CAPVT INFINITIVI.

ٱلْمَتْنُ Arabicus Textus. ٱلْعَرَبِيُّ

أَلْمَصْدَرُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلَّذِى يَجِىُٔ ثَالِثًا فِى تَعْرِيفِ ٱلْفِعْلِ نَحْوُ ضَرَبَ يَضْرِبُ ضَرْبًا وَهُوَ قِسْمَانِ لَفْظِىٌّ وَمَعْنَوِىٌّ فَإِنْ وَافَقَ لَفْظُهُ لَفْظَ فِعْلِهِ فَهُوَ لَفْظِىٌّ نَحْوُ قَتَلْتُهُ قَتْلًا وَإِنْ وَافَقَ مَعْنَى فِعْلِهِ دُونَ لَفْظِهِ فَهُوَ مَعْنَوِىٌّ نَحْوُ جَلَسْتُ قُعُودًا وَقُمْتُ وُقُوفًا ۞

ٱلتَّرْجَمَةُ Latina Interpretatio. ٱلْأَفْرَنْجِيَّةُ

Infinitiuum eſt nomen nasbatum; quod adue-

 nit

nit tertium, in inflexione Verbi: vt Verberauit, Verberabit, Verberare; estque duplex Prolatile, & Sensifluum. Si enim concordauerit prolatio eius (cum) prolatione Verbi sui, est quidem Prolatile, vt Occidi eum occisione, Si verò conuenerit sensus Verbi sui, seclusa prolatione eius, est vtique sensifluum, vt Sedi accubatione, & Steti permanentia.

الشرح Thomea expositio. التوماوي

INfinitiuus seu Originatiuum, quod & مفعول مطلق Patiens vel Actum absolutum vocant, variè à Grammaticis describitur. Ebnulhageb Author Caphiæ inquit,

المَصْدَرُ اسْمُ الحَدَثِ الجَارِي عَلَى الفِعْلِ

Infinitiuus est nomen actionis decurrentis iuxta Verbum. Idem Ebnu MàleKi هُوَ اسْمُ الحَدَثِ الجَارِي عَلَى اللَّفْظِ iuxta prolationem. Elhariri verò هُوَ اسْمُ المَعْنَى الصَّادِرِ عَنِ الفَاعِلِ est nomen significati procedentis ab agente. Alij autem sic,

هُوَ اسْمُ مَا فَعَلَهُ فَاعِلُ فِعْلٍ مَذْكُورٍ بِمَعْنَاهُ

Est nomen, quod egit agens actionis præmemoratæ in significato ipsius.

Hæ descriptiones idem per diuersa ostendunt: nempe quòd

quòd infinitiuus eſt nomen puri effectus, ab agente procedentis in paſſum ſignificatum, in eadem ſui ſignificatione, vt ضَرَبَ ضَرْبًا Verberauit verberatione; & قَتَلَ قَتْلًا Occidit occiſione, & مَاتَ مَوْتًا Mortuus eſt morte: vbi ſequens nomen non eſt niſi purus præcedentis verbi actus, ad meram ipſius confirmationem expreſſus: ab eo quoque, vt dignoſcatur leui mediæ radicalis forma, breuique temporis mora, diſcrepans; vt ضَرْبٌ & ضَرْبًا.

Vnde hæc minus docta Authoris deſcriptio in textu poſita, expoſitione non indiget, ſcilicet, Infinitiuum eſſe nomen naṡbatum, non verbum neque particulam, quòd uenit tertium in inflexione verbi, vt ſi quis tibi dixerit صَرِّفْ ideſt, inflecte hoc verbum ضَرَبَ ſtatim dices ضَرَبَ. Secundò يَضْرِبُ, & tertiò ضَرْبًا quod eſt infinitiuum. Nam ſicut Latini poſt præſens, præteritum, ſupinum, quarto loco infinitiuum ponunt, dicendo, Verbero, as, verberaui, verberatum, verberare. Ita Arabes poſt præteritum & futurum, infinitiuum tertio loco ſubnectunt, dicendo ضَرَبَ يَضْرِبُ ضَرْبًا Verberauit, verberat vel verberabit, verberare vel verberatio. Hic autem infinitiuus, inquiunt Expoſitores, tribus deſeruit.

Primò confirmationi præcedentis agentis, ſeu regentis ſui, vt ضَرَبْتُ ضَرْبًا Verberaui verberando, vel verberatione.

 Secun-

Secundò, ſpecificationi actionis, vt

ضربته ضربا شديدا Verberaui eum verberatione vehementi.

Tertiò enumerationi actionis, vt ضربته ضربة Verberaui eum verberatione vna, vel ضربته ضربتين او ضربات Verberaui eum duabus verberationibus, aut pluribus,


Quod quidem infinitiuum, vt habetur ex textu, duplex eſt, ſcilicet Prolatile, & ſenſifluum: ſi enim vocalis illa verbi prolatio, cum infinitiuo quoque concordauerit, dicitur Prolatile, quia eandem cum ſuo præcedenti verbo prolationem habet, vt فرح فرحا Lætatus eſt lætitia, & ضرب ضربا Verberauit verberatione.

Infinitiuum namque hoc, literas vocales eaſdem, eandem ſignificationem, eandemque prolationem ſui verbi habet: tantummodo enim forma mediæ radicalis literæ variatur, cum in verbi præterito ſit fathata, & in infinitiuo gezmata.

Si verò vocalis, & literalis verbi compactio, nequaquam cum infinitiuo conuenerit, ſed tantum eius ſignificatio, dicitur ſenſifluum, quia eundem ſolummodo facit ſenſum cum ſuo præcedenti verbo, vt جلست قعودا Sedi acubatione, & قمت وقوفا Steti perſiſtentia

(&

(& eſt ac ſi diceret , جَلَسْتُ جُلُوسًا Sedi ſeſſione ; & قُمْتُ قِيَامًا Steti ſtando) in eodem ſenſu prioris, licet non in eadem prolationis forma .



۞ بَابُ ظَرْفِ ٱلزَّمَانِ وَظَرْفِ ٱلْمَكَانِ ۞

CAPVT CIRCVMSTANTIAE Temporis, & circumſtantiæ loci.

ٱلْمَتْنُ | Arabicus textus . | ٱلْعَرَبِيُّ

ظَرْفُ ٱلزَّمَانِ هُوَ ٱسْمُ ٱلزَّمَانِ ٱلْمَنْصُوبُ بِتَقْدِيرِ فِي نَحْوَ ٱلْيَوْمَ وَٱللَّيْلَةَ وَغُدْوَةً وَبُكْرَةً وَسَحَرًا وَغَدًا وَعَتَمَةً وَصَبَاحًا وَمَسَاءً وَأَبَدًا وَأَمَدًا وَحِينًا وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ وَظَرْفُ ٱلْمَكَانِ هُوَ ٱسْمُ ٱلْمَكَانِ ٱلْمَنْصُوبُ بِتَقْدِيرِ فِي نَحْوَ أَمَامَ وَخَلْفَ وَقُدَّامَ وَوَرَاءَ وَفَوْقَ وَتَحْتَ وَعِنْدَ وَمَعَ وَإِزَاءَ وَتِلْقَاءَ وَحِذَاءَ وَهُنَا وَثَمَّ وَمَا أَشْبَهَ ذَلِكَ

Latina

Circumstantia temporis, est nomen temporis nasbatum cum valore فِي in, vt Hoc die; & Hac nocte, & diluculo, & Primo mane, & Prima luce, & Cras, & Noctu, & Mane, & Vesperi; & Perpetuò, & semper, & In tempore, & similia his. Circumstantia verò loci est nomen loci accusandi casu affectum cum valore فِي In, vt Coram, & Post, & Ante, & Retrò, & Supra, & Sub, & Apud, & Cum, & Contra, & Aduersus, & Iuxta, & Hic, & Ibi, & similia his.

اَلشَّرْحُ Thomea Expositio. اَلتُّومَاوِيُّ

PRæmissa tituli huius verba, pro passiuo in quo fit actio, hic accipiuntur, quasi diceret, Caput temporalium, & localium vocum, quibus tanquam mensuris, ac continentibus vasis, temporum interualla, locorumque spatia, (in quibus operationes fiunt) signantur, ac circumscribuntur: ideoque ظَرف cuius plural. est ظُرُوف Vas circumstans, siue continens dicitur.

Primum igitur, scilicet circumstantiam temporis, ita describit Ebnulhâgeb, dicens

ظَرْفُ ٱلزَّمَانِ هُوَ مَا فُعِلَ فِيهِ فِعْلٌ مَذْكُورٌ

Circum-

Circumſtantia temporis eſt illa, in qua facta eſt actio præmemorata: videlicet eſt nomen temporis nasbatum, ſcilicet, accuſandi caſu affectum, habens in virtute particulam فى quæ continentiam indicat, vt نمت الليلة Dormiui hac nocte, ideſt نمت فى الليلة Dormiui in hac nocte: hoc eſt, Hæc ipſa mea dormiendi actio fuit in hoc temporis ſpatio, quod ab occaſu ad ortum protenditur.

Quod quidem aut eſt مبهما Indeterminatum, aut مختصا Appropriatum, ſeu محدودا Determinatum.

Primum, nempe indeterminatum deſcribitur ab authore سرح المصباح hoc modo,

هو الذى لا حد له يحصره معروفة كان او نكرة

Eſt illud, quod non habet terminum arctantem ipſum, ſiue ſpeciale fuerit (nomen) ſiue generale: ſpeciale enim, vt الحين Tale tempus, vel quando, & الزمان Tempus tale: Generale autem, vt حين Quando, زمان tempus genericè.

Determinatum verò, inquit, eſt ما يصلح جوابا لمتى Illud quod admittit reſponſionem ad (interrogationem factam per) quando, vt اليوم dies,

Dies, & اَللَّيْلَةُ Nox, & اَلشَّهْرُ Mensis, &c. Dices enim مَتَى جَاءَ زَيْدٌ Quando venit Zæidus? Respondebit interrogatus اَلْيَوْمَ Hodie, &c.

Circumstantiæ autem vtriusque textus, quæ ponuntur in textu, numerantur duodecim: Quarum prima est اَلْيَوْمُ Dies, cuius quidem spatium ab ortu Solis, vsque ad occasum extenditur: vsurpaturque cum articulo ال & absque eo cum tanuin, ac مضافا relatiuè:

Primo modo, vt قَرَأْتُ اَلْيَوْمَ Legi hodie, hac die.

Secundo, vt صُمْتُ يَوْمًا Ieiunaui die quadam.

Tertio, vt صَلَّيْتُ يَوْمَ الأَحَدِ Oraui die prima, scilicet, Dominica die.

Secunda circumstantia est اَللَّيْلَةُ Nox, cuius duratio ab occasu, ad ortum vsque solis fit, parique modo vt prima vsurpatur, vt كَتَبْتُ اَللَّيْلَةَ Scripsi hac nocte, سَهِرْتُ لَيْلَةً Vigilaui noctu, اِعْتَكَفْتُ لَيْلَةَ الْجُمُعَةِ Orationi vacaui, nocte veneris.

Tertia غُدْوَةٌ Diluculò, illud nimirum temporis interuallum, quod ab aurora, vsque ad ortum solis trahitur, Vsurpatur enim & cum tanuin, vt اجيئك غُدْوَةً Veniam

ad

ad te diluculò, & sine tanuin, cum specificatione, vt ازورك غدوة يوم الاثنين Visitabo te summo mane diei lunæ.

Quarta بكرة Primo mane, quod est principium diei, sic à prima manatione lucis dictum, vt بكر Primogenitus à primo generationis actu ad hanc vsque lucem editus, sic appellatur, ita hæc quasi primogenita hora diei à Solis ortu, & luminis emanatione, dicitur mane. Parique modo vt Diluculò vsurpatur, scilicet cum tanuin, & sine, vt قام الرب بكرة Surrexit Dominus manè, & جاءت مريم بكرة السبت Venit Maria, manè sabbati.

Quinta سحرا Manè, prima luce, quod est vltimum noctis ante Solis ortum, ipsaque ad modum duorum priorum similiter vsurpatur, vt جيتك يوم الخميس سحرا Veni ad te die Iouis manè ante Solis ortum, vel اجيك سحرا من الاسحار Veniam ad te mane quodam: & اعينك سحر يوم الثلاثة Adiuuabo te manè diei tertij, idest Martis.

Sexta غدا Cras, Crastina die, nomen inquam sequentis diei, cum tanuin etiam vsurpatur, vt اكلمك غدا Alloquar te cras.

Septima

Septima عَتَمَة Noctu, prima nimirum tertia pars noctis, hoc est spatium illud temporis, quod à prima noctis hora, vsque ad quartam distenditur, scilicet prima vigilia noctis: quod & cum tanuin, & sine eo, vsurpatur, vt وَصَلْتُ عَتَمَةً Perueni noctu, idest prima vigilia noctis: & نَزَلْتُ عَتَمَةَ لَيْلَةِ الأَرْبَعِ Descendi prima vigilia noctis Mercurij.

Octaua صَبَاحًا Mane, prima pars diei, Matutinum, cum tanuin quoque, & absque eo, vt priora, vt قُومْ صَبَاحًا وَانْتَظِرْنِي Surge mane, & expecta me. & قَدِّسْ صَبَاحَ يَوْمِ المِيلَادِ Sacrum perage mane Natiuitatis.

Nona مَسَآءً Vesperi, Serò, vltima pars diei: spatium, inquam, quod ab hora post meridiem, vsque ad extremum diei protenditur, quod sicut iam dicta vsurpatur, vt طَلَعْتُ مَسَآءً Vespère exiui, & مَشَيْتُ مَسَآءَ يَوْمِ العِيدِ Perambulaui vespere diei festi.

Decima أَبَدًا Perpetuò, In sæculum, Semper: futuri, inquam, temporis interminata mensura: & multoties cum negatione præcedenti, pro nunquam, accipitur: & pariformiter vt præfata vsurpatur, vt الشُّكْرُ لِلّٰهِ أَبَدًا Laus

Deo

Deo ſemper, لَا أَكْذِبُ أَبَدًا Non mentiar vnquam, vel Nunquam mendacium faciam. لَا أَخْطَى أَبَدَ ٱلْآبِدِينَ Non peccabo in ſæcula, ſæculorum.

Vndecima أَمَدًا In ſæculum, & cum negatione, Nunquam, ſignificat: quod & futuri temporis longa, aut interminata videtur menſura, ac veluti cætera vſurpatur, vt لَا أُكَلِّمُ زَيْدًا أَمَدًا Nunquam alloquar Zæidum: & أُحِبُّكَ أَمَدَ ٱلدَّهْرِ Diligam te tempore ſæcli.

Duodecima حِينًا Quando, Aliquando, Tempore aliquo: & vſurpatur dictorum more, vt حِينًا أَكْتُبُ اقْرَأْ Quando ſcribo, lege: & حِينًا أَكْتُبُ وَحِينًا أَقْرَأُ Quandoq. ſcribo, quandoque lego, vel Aliquo tempore ſcribo, & aliquo lego: قُمْتُ حِينَ جَاءَ ٱلْمُعَلِّمُ Surrexi quando venit Magiſter.

Hæ ſunt duodecim circumſtantiæ temporis ab Authore in texru expreſſæ: Quando poſtea inquit, & ſimilia his: cætera huius generis, prudenti lectori, hìc ſuperaddenda relinquit, vt وَقْتًا Momentum, & سَاعَةً Horam, &

& جُمْعَةً Hebdomadam, & شَهْرًا Mensem, & حَوْلًا vel سَنَةً Annum: & etiam ٱلْفُصُولُ ٱلْأَرْبَعَةُ Quatuor tempora anni, vt ٱلرَّبِيعُ Ver, & ٱلصَّيْفُ Aestatem, ٱلْخَرِيفُ Autumnum, & ٱلشِّتَاءُ Hyemem, &c.

Quæ quidem circumstantiæ temporis determinatæ dicuntur, quia earum quælibet suum certum ac determinatum temporis spatium indicat, ita vt valeat quid, alicui sciscitanti hoc modo كَمْ صُمْتَ Quantum ieiunasti? vel مَتَى صُمْتَ Quando ieiunasti? Congruè sic respondere صُمْتُ ٱلْخَرِيفَ أَوِ ٱلشِّتَاءَ Ieiunaui autumnum, aut hiemem, idest, In autumno, aut in hieme, quæ sunt temporis spatia, præscriptos habentia limites: Quibus sanè interrogationibus, nequaquam congruè satisfacimus per حِينًا & زَمَانًا cum ipsa, certa quidem careant durationis mensura, quæ signatæ interrogationi respondere debet.

Ideo omnes præter has duas, sibique similes alias, circumstantiæ determinatæ, quoad mensuram temporis dici possunt: licèt indeterminatæ quandoque veniant, quo ad ipsum tempus, vt صُمْتُ يَوْمًا Ieiunaui die, idest,

vna,

vna, & صَلَّيْتُ لَيْلَةً Oraui nocte, ideſt vna, ſiue hæc ſiue illa fuerit, modus hic loquendi non determinat, ſicut صُمْتُ ٱلْيَوْمَ Ieiunaui hodie, hac die, &c. Quæ vtroque modo ſunt determinatæ.

Circumſtantiæ verò per ſe determinatæ ſunt, vt ٱلضُّحَى ſignatum illud temporis ſpatium, circa ſolis ortum, & ٱلضَّحْوَةُ idem poſt ſolis ortum, & ٱلضَّحَاءُ idem ad eleuationem diei, hora tarda.

Ex his claret, quomodo contradictio, quæ verſari videtur inter Expoſitores Agrumiæ, qui circumſtantias temporis in textu aſſignatas cum indeterminatis ponunt: & alios Grammaticos, qui præter duas iam dictas, reliquas omnes cum determinatis collocant, tollenda ſit.

Circumſtantia autem loci, eſt nomen loci nasbatum, ideſt, in accuſatiuo poſitum cum valore particulæ فِي Quod quidem duplex eſt, indeterminatum & determinatum.

Primum enim ſic deſcribitur

مَا لَهُ ٱسْمٌ بِٱلنِّسْبَةِ إِلَى أَمْرٍ غَيْرِ دَاخِلٍ ذَلِكَ ٱلْأَمْرُ فِيهِ

Eſt quod habet nomen cum reſpectu ad rem non incluſam in eo, vt جَلَسْتُ قُدَّامَكَ أَوْ خَلْفَكَ Sedi ante te, aut poſt te, &c. Poſitio enim requirit, ſed non includit

in ſe corpus, tamquam locus determinatus.

Determinatum verò eſt

مَا لَهُ ٱسْمٌ بِٱلْإِضَافَةِ إِلَى أَمْرٍ دَاخِلٍ فِي مُسَمَّاهُ

Quod habet nomen cum reſpectu ad rem ingredientem nominatum ſuum, vt ٱلْبَيْتُ فِي ٱلدَّارِ Domus eſt in clauſura, & ٱلسَّقْفُ فِي ٱلْبَيْتِ Suffictum eſt in domo, & ٱلْجَالِسُ فِي ٱلْمَجْلِسِ Sedens eſt in ſeſſorio, &c.

Indeterminatum enim tantum nasbatum localem recipit, cuius tredecim in textu aſſignantur ſpecies.

Quarum prima eſt أَمَامَ vt قُمْتُ أَمَامَ ٱلْأَمِيرِ Steti coram Principe.

Secunda خَلْفَ vt جَلَسْتُ خَلْفَ ٱلشَّيْخِ sedi poſt ſeniorem.

Tertia قُدَّامَ quod eſt مرادف ideſt ſynonimum primæ, vt مَشَيْتُ قُدَّامَ ٱلْمَلِكِ Ambulaui ante Regem.

Quarta وَرَاءَ quod eſt ſynonimum ſecundæ, vt جَرَيْتُ وَرَاءَ ٱلْمُعَلِّمِ Cucurri à tergo, vel poſt magiſtrum.

Quinta

Quinta فَوْقَ vt أَوْعَظْتُ فَوْقَ ٱلْمِنْبَرِ Concionatus ſum ſupra pulpitum.

Sexta تَحْتَ vt قَعَدْتُ تَحْتَ ٱلشَّجَرَةِ Sedi ſub arbore.

Septima عِنْدَ vt جَلَسْتُ عِنْدَ زَيْدٍ Sedi apud Zæidum, ideſt prope eum.

Octaua مَعَ vt جِيتُ مَعَ عَمْرٍو Veni cum Amro, ideſt ſimul, vel vnà cum eo.

Nona إِزَاءَ vt سَكَنْتُ إِزَاءَ ٱلْمَسْجِدِ Habitaui contra templum, ideſt è regione eius.

Decima تِلْقَاءَ ſynonimum præcedentis, vt قُمْتُ تِلْقَاءَ ٱلْبَابِ Steti aduerſus portam, vel contra oſtium.

Vndecima حِذَاءَ vt جَلَسْتُ حِذَاءَ ٱلْقَاضِي Sedi iuxta iudicem, ideſt propè.

Duodecima هُنَا vt نِمْتُ هُنَا Dormiui hìc, vel hoc in loco proximo.

Decima tertia ثَمَّ vt قُمْتُ ثَمَّ Steti ibi, illuc, in loco illo diſtanti.

Et ſimilia his, nempe, & alia his ſimilia indeterminata

 loci

loci nomina, accusatiuo vocali affecta cum valore فِي vtpote يَمِينَ Dextrorsum, ad dexteram, in dextera: & شِمَالَ Sinistrorsum, vel يَسَارَ Ad sinistram, & وَسْطَ Medium, in medio: & عَلَى Supra, & أَسْفَلَ Subtus, بَيْنَ Infra, & cetera his annexa, vt جَانِبًا A latere, & نَاحِيَةً A parte, Extra, &c.

Ex quibus sex loci positiones agnoscuntur, quæ apud Arabes أَلْجِهَاتُ ٱلسِّتُّ partes sex appellantur, & iuxta præmissa congruè sic vsurpantur, vt صَلَّيْتُ أَمَامَ ٱلْمَسْجِدِ Oraui ante templum, & صَلَّيْتُ خَلْفَهُ Oraui post ipsum, & فَوْقَهُ Supra ipsum, & تَحْتَهُ Sub ipso, & يَمِينَهُ Ad dexteram eius, & شِمَالَهُ Ad sinistram ipsius: immo & وَسْطَهُ In medio eius, & أَسْفَلَهُ Subtus eum, &c.

Non enim potes congruè dicere صَلَّيْتُ ٱلْمَسْجِدَ quia templum est nomen loci determinati, quod nequaquam nasbam continentiæ recipit, nisi cum فِي. vt

vt صليت في المسجد Oraui in templo, &

نمت في البيت Dormiui in domo, &

انتظرته في السوق Expectaui eum in platea.

Sed si quis insurrexerit, quòd congruè dicitur

دخلت المسجد او الدار Introiui delubrum, aut domum, ergo & oraui.

Respondent quòd nomen loci determinati sine dubio exigit particulam في tamen ob vim huius verbi دخل circa motum ad locum, & vsitatum sic loquendi modum, vt congruum apud Arabes, sicut apud nos, receptum est, maximè quia cum valore particulæ في accidit, ac si diceretur دخلت في الدار Introiui in domum.

Obseruandum est autem, quòd aliqui ex Grammaticis ipsas temporis ac loci circumstantias, non solum quasdam indeterminatas, quasdamquè determinatas agnoscunt, vt dictum est: verum & aliquas esse declinabiles, vt

هذا يوم وبيت Hæc est dies & domus, &

رايت يوما وبيتا Vidi diem, & domum, &

مررت بيوم وبيت Appropinquaui ad diem, domum, &c.

Aliquas verò indeclinabiles, vt الآنَ Nunc, & حينئذٍ Tunc, & مَتَى Quando, &c. & قَبْلُ, & بَعْدُ, & عِنْدَ nisi tribus his addi contingat مِن particula Giarri cum affixo, vel relato, vt

جِئْتُكَ مِنْ قَبْلِ زَيْدٍ وَمِنْ بَعْدِهِ وَمِنْ عِنْدِهِ

Veni ad te prius Zæido, & posterius eo, & ab ipso.

At قبل, & بعد cum rafaa sunt indeclinabiles, si genitiuum regant ac à ظرف absoluantur, vt

قَبْلُ وَبَعْدُ زَيْدٍ Ante & post Zæidum.

Alias tandem numerabiles esse volunt, vt

سَافَرْتُ يَوْمًا أَوْ يَوْمَيْنِ أَوْ فَرْسَخًا Iter feci vno die, aut duobus diebus, aut tribus milliaribus, &c.


Insuper notandum est, quòd tam nomen temporis, quàm loci, si in oratione rationem mensuræ obtinuerit, nasba siue accusatiuo regulariter afficiendum est, eritque tunc nasbatum ipsum, veluti Incæpti Nuncinm, in oratione, vt زَيْدٌ أَمَامَ الْمُصَلِّي Zæidus est ante orantem.

Si verò rationem mensuræ minimè habuerit, in rafaa, siue nominatiuo eleuabitur, quatenus est Incæptum, & quod sequitur post ipsum, est Nuncium, vt

dies

يَوْمُ ٱلْخَمِيسِ كَيِّسٌ Dies Iouis est fausta.

Hæc de circumstantijs temporis, & loci.



۞ بَابُ ٱلْحَالِ ۞

CAPVT STATVS.

ٱلْمَتْنُ Arabicus Textus. ٱلْعَرَبِيُّ

ٱلْحَالُ هُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلْمُفَسِّرُ لِمَا ٱنْبَهَمَ مِنَ ٱلْهَيْئَاتِ نَحْوَ جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا وَرَكِبْتُ ٱلْفَرَسَ مُسْرَجًا وَلَقِيتُ عَبْدَ ٱللّٰهِ رَاكِبًا وَمَا أَشْبَهَ ذٰلِكَ وَلَا تَكُونُ ٱلْحَالُ إِلَّا نَكِرَةً وَلَا تَكُونُ إِلَّا بَعْدَ تَمَامِ ٱلْكَلَامِ وَلَا يَكُونُ صَاحِبُهَا إِلَّا مَعْرِفَةً ۞

ٱلتَّرْجَمَةُ Latina Interpretatio. ٱلْإِفْرَنْجِيَّةُ

Status est nomen accusandi casu affectum, ex-

 plicans

plicans quod indeterminatũ erat ex conditionibus: vt Venit Zæidus equitans, & Conſcendi equum ſellatum; & Incidi in Abdallam equitantem, & ſimilia his. Porrò ſtatus non eſt niſi nomen generale; neque eſt niſi poſt perfectionem orationis; nec verò habens ipſum, eſt, niſi nomen ſpeciale.

الدوماوي Thomæ Expoſitio. الشرح

HAec vox حال eſt, inquiunt Grammatici من المؤنثات السماعية ex fæmininis auditiuis, ideſt receptis ab auditu per traditionem antiquorum: ideo malè illi textus legunt ويكون الحال quaſi eſſet maſculinum. Cuius quidem definitio ſuprapoſita, ſatis eſt manifeſta, nempe quòd ſit nomen الفضلة abundans deſt ſuperadditum, non verbum, neque particula: & ſit etiam nasbatum, non rafaatum, neque giarratum: atque ſit tandem explicatiuum indeterminati, ſcilicet agentis, & patientis, quoad qualitates ſeu modos: ſeu quoad الصفات conditiones ſeu attributa: vt ſi dixeris جاء زيد Venit Zæidus, & لقيت زيدا Inueni Zæidũ: quis ſtatim dubitare poterit, quomodo venerit, aut inuentus fuerit, & ita interrogare كيف جاء Quomodo

do venit? كيف لقيته Quomodo inuenisti eum?

Hinc respondendo explicas, quòd circa vtriusque modum iam remanserat indeterminatum, dicens جاء زيد راكبا Venit Zæidus equitans, vel equitando, & لقيت زيدا نائما Inueni Zæidum dormientem. Vnde equitans & dormiens, ad propositum, status nomina dicuntur.

Quamobrem Ebnulhâgeb ipsum subtilius, clariusuè explicans, inquit,

الحال ما تبين هيئة الفاعل او المفعول به لفظا او معنى Status est quod manifestat qualitatem agentis, aut patientis in quo, voce aut sensu: seu expressè, vel tacitè.

Ex qua nimirum descriptione plures ipsius status conditiones explicantur.

Prima, quòd sit nomen مبين manifestatiuum: nam si quod adhuc indeterminatum & occultum erat circa præsentem rei statum non exprimeret, eiusdem status minimè diceretur, vt جاء زيد عاقل Venit Zæidus prudens, جاء رجل شريف Venit vir nobilis: prudentia enim & nobilitas cum à natura trahantur notæ, non actum præsentis

ſentis ſtatus rei, ſed habitum indicant: ideo nec rectè in nasba, tanquam nomina ſtatus forent, collocantur: verum in rafaa ſeu nominatiuo, vt Incæpti nuncij, eleuātur, vt præmiſſum eſt.

Secunda, quòd manifeſtet هَيْئَةً qualitatem, conditionem, ſeu modum agentis aut patientis: & per hanc excluduntur صِفَات qualitates, ſubiecto ſub quiete manenti, conuenientes: quippe quæ, licèt eius ſint conditiones, nihilominus, quia non agentis aut patientis, ideoque nasba ſtatus priuantur, vt جَاءَنِي زَيْدٌ عَالِمٌ, Venit ad me Zæidus ſapiens, non عَالِمًا.

Tertia, quòd ipſam rei qualitatem, vt agentis aut patientis eſt, manifeſtet: & per hanc quoque excluduntur qualitates, quæ naturis, non agentibus aut patientibus conueniunt: ideo, licèt in nasba ponantur, tamen illud eſt nasbæ ſtatus, ſed التَّمْيِيز Diſcretionis, vt طَابَ زَيْدٌ قَصْدًا لَا فِعْلًا Bonus fuit Zæidus intentione, non actione, ideſt, quoad intentionem, non quoad operationem.

Quarta, quòd illa ſtatus conditio ſit non cuiuſcūq. patientis, ſed patientis expreſsè, in quem cadit actio: ideoque excluditur non ſolum patiens معه cum quo, ſcilicet fit actio, vt جِئْتُ أَنْتَ وَزَيْدًا رَاكِبَيْنِ Veniſti tu

fti tu vnà cum Zæido ambo equitantes, vbi زَيْدًا est patiens cum quo, non in quo: ideoque ftatus ille equitationis non fibi congruit tanquam patienti, fed tanquam agenti fenfifluo & tacito. Hinc claret quomodo illa particula vltima definitionis, fcilicet exprefse vel tacitè intelligatur. Sed etiam patiens مطلق abfolutum, quod fimiliter nasba afficitur, vt ضَرَبَ ٱلضَّرْبَ شَدِيدًا Verberauit verberatione vehementer: vbi tam verberatio, quàm vehementer, ftatus agentis non funt.

Quinta, quòd nomen ftatus fit generale feu commune: & fubiectum eius potiffimè, vel vt plurimum fpeciale, quod ex iam allatis exemplis fatis claret: fed particula illa, vt plurimum, indicat quòd quandoque poteft etiam effe generale, vt جَاءَنِي رَجُلٌ بَشُوشٌ ضَاحِكًا Venit ad me vir lætus ridendo, & ضَرَبْتُ رَجُلًا قَاعِدًا Verberaui virum fedentem, & مَرَرْتُ بِرَجُلٍ مَاشِيًا Appropinquaui viro ambulanti, & هَلْ أَتَاكَ رَجُلٌ رَاكِبًا Num ad te venit vir equitans? & مَا جَاءَنِي زَيْدٌ إِلَّا رَاكِبًا Non venit ad me Zæidus nifi equitando. At rectius, inquiunt, nomine ftatus antepofito fit, vt جَاءَنِي رَاكِبًا رَجُلٌ Venit ad me equitando vir, &c.

Sexta

Sexta tandem, quòd nomen ſtatus ſit مُنْتَقِلَة ſeparabile, & مُتَغَيِّرَة variabile, & non vt appoſitum denominet ſuum ſuppoſitum, niſi quando actu eſt taliter agens aut patiens.

Quod quidem aliquando dicitur de agenti ſolum, vt جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا Venit Zæidus equitans.

Quandoque de patienti tantum, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا قَاعِدًا Verberaui Zæidum ſedentem.

Quandoque de vtroque مُحْتَمِلَة permiſſiuè, & diſiunctim, vtpote quando certum, cuius ſit, ſignum non habet, ſed tantum ambiguitatem, vt لَقِيتُ زَيْدًا رَاكِبًا Iuueni Zæidum equitando: ita ſanè ſi ſtatus ipſe ad inuenientem referatur: ſi verò ad inuentum, dicitur, Inueni Zæidum equitantem. Sed ſi nomen ſtatus anteponatur, tunc manifeſtè ad ipſum ſpectat agens, vt

لَقِيتُ رَاكِبًا زَيْدًا Inueni equitando Zæidum.

Quandoque de ambobus ſimul dicitur, cùm nimirum circa vtrumque duale accidit, vt لَقِيتُ زَيْدًا رَاكِبَيْنِ Inueniſti Zæidum vobis ambobus equitantibus, quaſi diceret

ceret لَقِيتُ رَاكِبًا زَيْدًا رَاكِبًا Inuenisti equitando Zæidum equitantem.

Vel cum replicatione ad finem, vt لَقِيتُ زَيْدًا رَاكِبًا رَاكِبًا Inuenisti Zæidum equitando equitantem.

Si autem aderit vtriusque قرينة scilicet signum vel indicium, suum cuique status nomen tribuitur, vt لَقِيتُ هِنْدًا مُصْعِدًا مُنْحَدِرَة Inueni Hendam ascẽdendo currentem.

Si verò signum minimè aderit, congruentius sibi proximo adiungitur subiecto, vt لَقِيتُ مُنْحَدِرًا زَيْدًا مُصْعِدًا Inueni corruendo Zæidum ascendentem.

Communiter etiam concedunt opposita status nomina verificari de vno eodemque subiecto, vt اِشْتَرَيْتُ الرُّمَّانَ حُلْوًا حَامِضًا Emi malum punicum dulce agrum, & اِشْتَرَيْتُ العَبْدَ أَسْوَدَ أَبْيَض Emi mancipium nigrum, album, &c.

Quidam verò hoc negant, quod reuera potius à Logicis, quàm à Grammaticis dijudicandum est.

Quando

Quando tandem inquit, & similia his, reliquos intelligit statuum modos, nempe non solum præmemoratos, qui sunt nominatiui agentis, & accusatiui patientis, vt explicatum est: sed & ceterorum quoque casuum, vt مسكت يد زيد نايما Tenui manum Zæidi dormientis, & مررت بهند جالسة Appropinquaui Hendæ sedenti, & وقعت من البغل شموصا Cecidi à mulo agitato: & etiam cum relatiuis expressis, vel tacitis iungitur, vt بل نتبع ملة ابرهيم حنيفا Immo sequimur fidem Abrahami innocui; pro نتبع ابراهيم حنيفا Sequimur Abrahamum innocentem.

Similiter & يأكل لحم اخيه ميتا Comedit carnem fratris sui mortui, pro يأكل اخاه ميتا Comedit fratrem suum mortuum: vbi tam innocens, quàm mortuus, nomina sunt status patientis in quo: vel potius ipsius attributa.

Venit etiam cum summa nominali, vt قام قس في عكاظ خاطبا Stetit presbyter baculo (innixus) concionem habens.

Et cum summa verbali, vt بعته بدرهم فثمن صاعدا

Vendidi

Vendidi cum denario, & fuit valoris aſcendentis, ideſt maioris pretij.

Et ſimiliter cum circumſtantia loci, vt


يعجبني الثمر فوق أغصانه Placet mihi fructus ſupra eius ramos.

Et quidam tandem contra præſcriptam ſuæ mobilitatis conditionem, inquiunt ſtatum ipſum cum permanentia venire, vt

خلق الله الزرافة يديها أطول من رجليها

Creauit Deus Camelopardam, cuius manus longiores ſunt pedibus ſuis, hoc eſt pedes anteriores poſterioribus, ex quibus non ita conſtantes videntur conditiones, quæ ipſi ſtatui aſſignantur in textu.

Patet ergo quid ſit ſtatus: quot eius conditiones, quibus modis vſurpetur, & quomodo in oratione regulariter veniat.



✿ بَابُ ٱلتَّمْيِيزِ ✿

CAPVT DETERMINATIONIS.

المتن	Arabicus textus.	العربي

التمييز هو الاسم المنصوب المفسر لما انبهم من الذوات نحو قولك تصبب زيد عرقا وتفقأ بكر شحما وطاب محمد نفسا واشتريت عشرين غلاما وملكت تسعين نعجة وزيد اكرم منك ابا واجمل منك وجها ولا يكون الا نكرة ✿

الترجمة	Latina Interpretatio.	الافرنجية

Determinatio eſt nomen accuſandi caſu affe-ctum, explicans quod indeterminatum erat de
eſſen-

essentijs;vt perfusus est Zæidus sudore ; & Erupit Bakrus pinguedine : & Bonus fuit Mohammedes anima ; & Emi viginti famulos , & Possedi nonaginta oues ; & Zæidus est honoratior te patre , & pulchrior te facie ; At non est nisi generalis .

الشرح Thomea expositio . التوماوى

HAec cum illa præcedentis capituli descriptione omninò conuenit , vltima dempta particula : nam tam modus rei , quàm determinatio , sunt nomina explicatiua eorum , quæ indeterminata sunt . Si enim circa rerum qualitates fuerint , sic est modus ; si verò circa earum naturas , & sic determinatio . Ille enim circa mutabilia & variabilia , hæc autem circa inuariabilia , & permanentia versatur . Ideoque subtilius profundiusque eam sic describit Author Caphiæ , dicens

التمييز ما يرفع الابهام المستقر عن ذات مذكورة او مقدرة Determinatio , seu Determinatiuum est quod sustollit ambiguitatem ab essentia præmemorata aut mensurata . Primi huius primò , secundi verò secundò exempla citantur in textu .

Ad quorum euidentiam obseruandum est , quòd duplex est determinatio ; vel enim est للجملة summæ seu complexæ orationis : vel للمفرد simplicis dictionis seu incomplexi .

Prima iterum diuiditur: vel enim eſt agentis, vt تَصَبَّبَ ٱلْفَرَسُ عَرَقًا Perfuſus eſt equus ſudore, & تَفَقَّأَ بَكْرٌ شَحْمًا Erupit Baccus pinguedine, & طَابَ زَيْدٌ نَفْسًا Fuit bonus Zæidus quoad animam, &

زَيْدٌ طَيِّبٌ أَبًا وَأُبُوَّةً وَدَارًا وَعِلْمًا إِلَى آخِرِهِ

Zæidus eſt bonus quoad patrem, & paternitatem, & domum, & ſcientiam, &c.

Hac enim dicendi forma eleganter vtuntur Arabes, ad tollendum non ſolum ab eſſentia præmemorata conſiſtentem ambiguitatem: verum & ad ipſam determinandam orationem, quoad extremorum habitudinem. Quis enim dubitare poterat, præmiſſo audito ſermone, quonam perfuſus fuerat equus, quouè eruperat Baccus, quo verò bonus fuerat Zæidus: nam bonus quiuerat eſſe vel anima, vel corpore, vel ſcientia: & repleri Baccus pinguedine, vel vino, vel cibo: ac perfundi equus ſudore, vel ſanguine, vel liuore.

Quando igitur ſublata eſt الابهام ideſt Indeterminatio ſeu ambiguitas, ſimul & ſumma ſeu oratio determinata eſt per التمييز quæ ſunt anima, pinguedo, ſudor.

Quem quidem dicendi modum ſic reſoluunt.

تَصَبَّبَ عَرَقُ ٱلْفَرَسِ Diffuſus eſt ſudor equi, &

Erupit

دَفَعَاءُ شَحْمُ دَكْسٍ Erupit Bacchi pinguedo, &

طَابَتْ نَفْسُ زَيْدٍ Bona fuit anima Zæidi.

Vel eſt Patientis, vt غَرَسْتُ ٱلأَرْضَ شَجَرًا Plantaui terram arboribus, & زَرَعْتُ ٱلْحَقْلَ شَعِيرًا Seminaui agrum ordeo. Et ſententia eſt,

وَفَجَّرْنَا ٱلأَرْضَ عُيُونًا Et erumpere fecimus terram fontibus, &c.

Quæ quidem dicendi formæ eadem ratione, eodemque modo, vt ille agentis vſurpantur & reſoluuntur.

Vel eſt relati in regimine, aut affixi, vt

يُعْجِبُنِي طِيبُهُ أَبًا وَأُبُوَّةً وَدَارًا وَعِلْمًا

Placet mihi bonitas eius quoad patrem, & paternitatem, & domum, & ſcientiam: ideſt, Mihi placet bonitas patris eius, domus eius, &c. Ita, Zæidus eſt honoratior te patre, & pulchrior te facie: ideſt, Pater Zæidi eſt te honoratior, & facies eius pulchrior te: quæ quidem exempla ab Authore ob aliam rationem in textu poſtpoſita fuere.

Vel eſt بِالاسْتِفْهَامِ per interrogationem, vt

كَمْ كَوْكَبًا فِي ٱلسَّمَاءِ Quot ſtellas in cælo,

(ideſt,

(idest, putas esse ?) & كَمْ رَجُلًا رَأَيْتَ Quot viros vidisti ? At eadem particulæ, ب addita, giarri etiam casum admittit, vt بِكَمْ دِرْهَمٍ اشْتَرَيْتَ ثَوْبَكَ Quot nummis emisti vestem tuam ?

Secunda est simplicis dictionis, vt quæ non totam summam, vel extremorum habitudinem, sed singularem eius determinat dictionem: & hæc similiter diuiditur.

Vel enim est للعدد numeri per quantitatem numeratam determinati, vt عِنْدِي أَحَدَ عَشَرَ رَغِيفًا Apud me sunt vndecim panes, اشْتَرَيْتُ عِشْرِينَ غُلَامًا Emi viginti seruos: vbi panis, & seruus sunt nomina, certo quidem numero addita, incertum verò eius numeratum determinantia. Quis enim dubitare poterat: Apud me sunt vndecim, esse nummos aureos: sed audito, panes, iam per hanc تمييز sublata est ambiguitas, & numerus ille cuius rei fuerit, determinatum est.

Vel est للوزن ponderis per quantitatem ponderatum determinati, vt عِنْدِي رِطْلٌ لَوْزًا وَتِينًا Apud me est libra amygdalarum, & ficorum, & عِنْدِي مَنَوَانِ زَيْتًا وَخَلًّا Apud me sunt duæ libræ,

vel

vel menſuræ olei, & aceti,

إِشْتَرَيْتُ قِنْطَارًا عَسَلًا وَسُكَّرًا Emi libras centum melis, & ſaccari.

Vel eſt لِلْكَيْلِ Vaſorum menſuræ, per quantitatem menſuratam, determinatæ, vt عِنْدَنَا قَفِيزٌ زَيْتًا Apud nos eſt cadus olei, & إِشْتَرَيْتُ كُرَّيْنِ قَمْحًا Emi duos coros tritici, ideſt octoginta modia.

Vel eſt لِلْمَسَاحَةِ inſtrumentorum menſuræ, per quantitatem menſuratam, determinatæ, vt عِنْدَكَ ذِرَاعَانِ جُوخًا Apud te ſunt duo cubiti panni, & مَلَكْتُ شِبْرًا أَرْضًا Poſſedi palmum terræ.

Vel eſt etiam rei لِغَيْرِ مِقْدَارٍ non menſurabilis, vt عِنْدِي خَاتَمٌ ذَهَبًا Apud me eſt annulus auri, & إِشْتَرَيْتُ خَاتَمًا حَدِيدًا Emi annulum ferri, &c.

Omnia autem hæc determinantia, dempta numeri determinatione, optimè quoque in caſu giarri, cum مِنْ collocari poſſunt, vt عِنْدِي رَطْلٌ مِنْ تِينٍ Apud me

eſt

plicans quod indeterminatũ erat ex conditionibus: vt Venit Zæidus equitans, & Conſcendi equum ſellatum; & Incidi in Abdallam equitantem, & ſimilia his. Porrò ſtatus non eſt niſi nomen generale; neque eſt niſi poſt perfectionem orationis; nec verò habens ipſum, eſt, niſi nomen ſpeciale.

الدوماوي Thomca Expoſitio. السرح

HAec vox حال eſt, inquiunt Grammatici من المؤنثات السماعية ex fæmininis auditiuis, ideſt receptis ab auditu per traditionem antiquorum: ideo malè illi textus legunt ويكون الحال quaſi eſſet maſculinum. Cuius quidem definitio ſuprapoſita, ſatis eſt manifeſta, nempe quòd ſit nomen الفضلة abundans deſt ſuperadditum, non verbum, neque particula: & ſit ietiam nasbatum, non rafaatum, neque giarratum: atque ſit tandem explicatiuum indeterminati, ſcilicet agentis, & patientis, quoad qualitates ſeu modos: ſeu quoad الصفات conditiones ſeu attributa: vt ſi dixeris جاء زيد Venit Zæidus, & لقيت زيدا Inueni Zæidũ: quis ſtatim dubitare poterit, quòmodo venerit, aut inuentus fuerit, & ita interrogare كيف جاء Quomodo

do venit? كَيْفَ لَقِيتَهُ Quomodo inuenisti eum?

Hinc respondendo explicas, quòd circa vtriusque modum iam remanserat indeterminatum, dicens

جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا Venit Zæidus equitans, vel equitando, & لَقِيتُ زَيْدًا نَائِمًا Inueni Zæidum dormientem. Vnde equitans & dormiens, ad propositum, status nomina dicuntur.

Quamobrem Ebnulhàgeb ipsum subtilius, clariusuè explicans, inquit,

الْحَالُ مَا يُبَيِّنُ هَيْئَةَ الْفَاعِلِ أَوِ الْمَفْعُولِ بِهِ لَفْظًا أَوْ مَعْنًى Status est quod manifestat qualitatem agentis, aut patientis in quo, voce aut sensu: seu expressè, vel tacitè.

Ex qua nimirum descriptione plures ipsius status conditiones explicantur.

Prima, quòd sit nomen مُبَيِّن manifestatiuum: nam si quod adhuc indeterminatum & occultum erat circa præsentem rei statum non exprimeret, eiusdem status minimè diceretur, vt جَاءَ زَيْدٌ عَاقِلٌ Venit Zæidus prudens, جَاءَ رَجُلٌ شَرِيفٌ Venit vir nobilis: prudentia enim & nobilitas cum à natura trahantur notæ, non actum præsentis

ſentis ſtatus rei, ſed habitum indicant: ideo nec rectè in nasba, tanquam nomina ſtatus forent, collocantur: verum in rafaa ſeu nominatiuo, vt Incæpti nunciū, eleuātur, vt præmiſſum eſt.

Secunda, quòd manifeſtet هَيْئَة qualitatem, conditionem, ſeu modum agentis aut patientis: & per hanc excluduntur صِفَات qualitates, ſubiecto ſub quiete manenti, conuenientes: quippe quæ, licèt eius ſint conditiones, nihilominus, quia non agentis aut patientis, ideoque nasba ſtatus priuantur, vt جَاءَنِي زَيْدٌ عَالِمٌ Venit ad me Zæidus ſapiens, non عَالِمًا.

Tertia, quòd ipſam rei qualitatem, vt agentis aut patientis eſt, manifeſtet: & per hanc quoque excluduntur qualitates, quæ naturis, non agentibus aut patientibus conueniunt: ideo, licèt in nasba ponantur, tamen illud eſt nasbæ ſtatus, ſed التمييز Diſcretionis, vt طَابَ زَيْدٌ قَصْدًا لَا فِعْلًا Bonus fuit Zæidus intentione, non actione, ideſt, quoad intentionem, non quoad operationem.

Quarta, quòd illa ſtatus conditio ſit non cuiuſcūq. patientis, ſed patientis expreſsè, in quem cadit actio: ideoque excluditur non ſolum patiens مَعَهُ cum quo, ſcilicet fit actio, vt جِئْتَ أَنْتَ وَزَيْدًا رَاكِبَيْنِ Veni-

ſti tu

ſti tu vnà cum Zæido ambo equitantes, vbi زَيْدًا eſt patiens cum quo, non in quo: ideoque ſtatus ille equitationis non ſibi congruit tanquam patienti, ſed tanquam agenti ſenſifluo & tacito. Hinc claret quomodo illa particula vltima definitionis, ſcilicet expreſſe vel tacitè intelligatur. Sed etiam patiens مطلق abſolutum, quod ſimiliter nasba afficitur, vt ضَرَبَ ٱلضَّرْبَ شَدِيدًا Verberauit verberatione vehementer: vbi tam verberatio, quàm vehementer, ſtatus agentis non ſunt.

Quinta, quòd nomen ſtatus ſit generale ſeu commune: & ſubiectum eius potiſſimè, vel vt plurimum ſpeciale, quod ex iam allatis exemplis ſatis claret: ſed particula illa, vt plurimum, indicat quòd quandoque poteſt etiam eſſe generale, vt جَاءَنِي رَجُلٌ بَشُوشٌ ضَاحِكًا Venit ad me vir lætus ridendo, & ضَرَبْتُ رَجُلًا قَاعِدًا Verberaui virum ſedentem, & مَرَرْتُ بِرَجُلٍ مَاشِيًا Appropinquaui viro ambulanti, & هَلْ أَتَاكَ رَجُلٌ رَاكِبًا Num ad te venit vir equitans? & مَا جَاءَنِي زَيْدٌ إِلَّا رَاكِبًا Non venit ad me Zæidus niſi equitando. At rectius, inquiunt, nomine ſtatus antepoſito ſit, vt جَاءَنِي رَاكِبًا رَجُلٌ Venit ad me equitando vir, &c.

Sexta

Sexta tandem, quòd nomen ſtatus ſit منتقلة ſeparabile, & متغيرة variabile, & non vt appoſitum denominet ſuum ſuppoſitum, niſi quando actu eſt taliter agens aut patiens.

Quod quidem aliquando dicitur de agenti ſolum, vt جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا Venit Zæidus equitans.

Quandoque de patienti tantum, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا قَاعِدًا Verberaui Zæidum ſedentem.

Quandoque de vtroque محتملة permiſſiuè, & diſiunctim, vtpote quando certum, cuius ſit, ſignum non habet, ſed tantum ambiguitatem, vt لَقِيتُ زَيْدًا رَاكِبًا Iuueni Zæidum equitando: ita ſanè ſi ſtatus ipſe ad inuenientem referatur: ſi verò ad inuentum, dicitur, Inueni Zæidum equitantem. Sed ſi nomen ſtatus anteponatur, tunc manifeſtè ad ipſum ſpectat agens, vt

لَقِيتُ رَاكِبًا زَيْدًا Inueni equitando Zæidum.

Quandoque de ambobus ſimul dicitur, cùm nimirum circa vtrumque duale accidit, vt لَقِيتَ زَيْدًا رَاكِبَيْنِ Inueniſti Zæidum vobis ambobus equitantibus, quaſi diceret

ceret لقيت راكبا زيدا راكبا Inuenisti equitando Zæidum equitantem.

Vel cum replicatione ad finem, vt لقيت زيدا راكبا راكبا Inuenisti Zæidum equitando equitantem.

Si autem aderit vtriusque قرينة scilicet signum vel indicium, suum cuique status nomen tribuitur, vt لقيت هندا مصعدا محدرة Inueni Hendam ascẽdendo currentem.

Si verò signum minimè aderit, congruentius sibi proximo adiungitur subiecto, vt لقيت محدرا زيدا مصعدا Inueni corruendo Zæidum ascendentem.

Communiter etiam concedunt opposita status nomina verificari de vno eodemque subiecto, vt اشتريت الرمان حلوا حامضا Emi malum punicum dulce agrum, & اشتريت العبد اسود ابيض Emi mancipium nigrum, album, &c.

Quidam verò hoc negant, quod reuera potius à Logicis, quàm à Grammaticis dijudicandum est.

Quando

Quando tandem inquit ,& ſimilia his , reliquos intelligit ſtatuum modos, nempe non ſolum præmemoratos, qui ſunt nominatiui agentis, & accuſatiui patientis, vt explicatum eſt: ſed & ceterorum quoque caſuum, vt

مَسَكْتُ يَدَ زَيْدٍ نَائِمًا Tenui manum Zæidi dormientis, & مَرَرْتُ بِهِنْدٍ جَالِسَةً Appropinquaui Hendæ ſedenti, & وَقَعْتُ مِنَ ٱلْبَغْلِ شَمُوصًا Cecidi à mulo agitato: & etiam cum relatiuis expreſſis, vel tacitis iungitur, vt بَلْ نَتَّبِعُ مِلَّةَ إِبْرَاهِيمَ حَنِيفًا Immo ſequimur fidem Abrahami innocui; pro نَتَّبِعُ إِبْرَاهِيمَ حَنِيفًا Sequimur Abrahamum innocentem.

Similiter & يَأْكُلُ لَحْمَ أَخِيهِ مَيِّتًا Comedit carnem fratris ſui mortui, pro يَأْكُلُ أَخَاهُ مَيِّتًا Comedit fratrem ſuum mortuum: vbi tam innocens, quàm mortuus, nomina ſunt ſtatus patientis in quo: vel potius ipſius attributa.

Venit etiam cum ſumma nominali, vt

قَامَ قَسٌّ فِي عُكَاظٍ خَاطِبًا Stetit presbyter baculo (innixus) concionem habens.

Et cum ſumma verbali, vt بِعْتُهُ بِدِرْهَمٍ فَثَمَنٍ صَاعِدًا

Vendidi

Vendidi cum denario, & fuit valoris aſcendentis, ideſt maioris pretij.

Et ſimiliter cum circumſtantia loci, vt

يُعْجِبُنِي الثَّمَرُ فَوْقَ أَغْصَانِهِ Placet mihi fructus ſupra eius ramos.


Et quidam tandem contra præſcriptam ſuæ mobilitatis conditionem, inquiunt ſtatum ipſum cum permanentia venire, vt

خَلَقَ اللهُ الزَّرَافَةَ يَدَيْهَا أَطْوَلَ مِنْ رِجْلَيْهَا

Creauit Deus Camelopardam, cuius manus longiores ſunt pedibus ſuis, hoc eſt pedes anteriores poſterioribus, ex quibus non ita conſtantes videntur conditiones, quæ ipſi ſtatui aſſignantur in textu.

Patet ergo quid ſit ſtatus: quot eius conditiones, quibus modis vſurpetur, & quomodo in oratione regulariter veniat.

Caput



✿ باب التمييز ✿

CAPVT DETERMINATIONIS.

المتن | Arabicus textus. | العربي

التمييز هو الاسم المنصوب المفسر لما انبهم من الذوات نحو قولك تصبب زيد عرقا وتفقأ بكر شحما وطاب محمد نفسا واشتريت عشرين غلاما وملكت تسعين نعجة او زيد اكرم منك ابا واجمل منك وجها ولا يكون الا نكرة ✿

الترجمة | Latina Interpretatio. | الافرنجية

Determinatio eſt nomen accuſandi caſu affe-ctum, explicans quod indeterminatum erat de-

eſſen-

eſſentijs; vt perfuſus eſt Zæidus ſudore; & Erupit Bakrus pinguedine: & Bonus fuit Mohammedes anima; & Emi viginti famulos, & Poſſedi nonaginta oues; & Zæidus eſt honoratior te patre, & pulchrior te facie; At non eſt niſi generalis.

الشرح Thomea expoſitio. التوماوى

HAec cum illa præcedentis capituli deſcriptione omninò conuenit, vltima dempta particula: nam tam modus rei, quàm determinatio, ſunt nomina explicatiua eorum, quæ indeterminata ſunt. Si enim circa rerum qualitates fuerint, ſic eſt modus: ſi verò circa earum naturas, & ſic determinatio. Ille enim circa mutabilia & variabilia, hæc autem circa inuariabilia, & permanentia verſatur. Ideoque ſubtilius profundiuſque eam ſic deſcribit Author Caphiæ, dicens

التمييز ما يرفع الابهام المستقر عن ذات مذكورة

او مقدرة Determinatio, ſeu Determinatiuum eſt quod ſuſtollit ambiguitatem ab eſſentia præmemorata aut menſurata. Primi huius primò, ſecundi verò ſecundò exempla citantur in textu.

Ad quorum euidentiam obſeruandum eſt, quòd duplex eſt determinatio; vel enim eſt للجملة ſummæ ſeu complexæ orationis: vel للمفرد ſimplicis dictionis ſeu incomplexi.

Prima iterum diuiditur: vel enim est agentis, vt

تصبب الفرس عرقا Perfusus est equus sudore,

& تفقأ بكر شحما Erupit Baccus pinguedine, & طاب زيد نفسا Fuit bonus Zæidus quoad animam, &

زيد طيب ابا وابوة ودارا وعلما الى اخره

Zæidus est bonus quoad patrem, & paternitatem, & domum, & scientiam, &c.

Hac enim dicendi forma eleganter vtuntur Arabes, ad tollendum non solum ab essentia præmemorata consistentem ambiguitatem: verum & ad ipsam determinandam orationem, quoad extremorum habitudinem. Quis enim dubitare poterat, præmisso audito sermone, quonam perfusus fuerat equus, quouè eruperat Baccus, quo verò bonus fuerat Zæidus: nam bonus quiuerat esse vel anima, vel corpore, vel scientia: & repleri Baccus pinguedine, vel vino, vel cibo: ac perfundi equus sudore, vel sanguine, vel liuore.

Quando igitur sublata est الابهام idest Indeterminatio seu ambiguitas, simul & summa seu oratio determinata est per التمييز quæ sunt anima, pinguedo, sudor.

Quem quidem dicendi modum sic resoluunt.

تصبب عرق الفرس Diffusus est sudor equi, &

Erupit

تَفَقَّأَ شَحْمٌ كَبْش Erupit Bacchi pinguedo, &

طَابَتْ نَفْسُ زَيْدٍ Bona fuit anima Zæidi.

Vel eſt Patientis, vt غَرَسْتُ ٱلْأَرْضَ شَجَرًا Plantaui terram arboribus, & زَرَعْتُ ٱلْحَقْلَ شَعِيرًا Seminaui agrum ordeo. Et ſententia eſt,

وَفَجَّرْنَا ٱلْأَرْضَ عُيُونًا Et erumpere fecimus terram fontibus, &c.

Quæ quidem dicendi formæ eadem ratione, eodemque modo, vt ille agentis vſurpantur & reſoluuntur.

Vel eſt relati in regimine, aut affixi, vt

يُعْجِبُنِي طِيبُهُ أَبًا وَأُبُوَّةً وَدَارًا وَعِلْمًا

Placet mihi bonitas eius quoad patrem, & paternitatem, & domum, & ſcientiam: ideſt, Mihi placet bonitas patris eius, domus eius, &c. Ita, Zæidus eſt honoratior te patre, & pulchrior te facie: ideſt, Pater Zæidi eſt te honoratior, & facies eius pulchrior te: quæ quidem exempla ab Authore ob aliam rationem in textu poſtpoſita fuere.

Vel eſt بِالْاسْتِفْهَامِ per interrogationem, vt

كَمْ كَوْكَبًا فِي ٱلسَّمَاءِ Quot ſtellas in cælo,

(ideſt,

(ideſt, putas eſſe ?) & كم رجلا رأيت Quot viros vidiſti ? At eidem particulæ, ب addita, giarri etiam caſum admittit, vt بكم درهم اشتريت ثوبك Quot nummis emiſti veſtem tuam ?

Secunda eſt ſimplicis dictionis, vt quæ non totam ſummam, vel extremorum habitudinem, ſed ſingularem eius determinat dictionem : & hæc ſimiliter diuiditur.

Vel enim eſt للعدد numeri per quantitatem numeratam determinati, vt عندي احد عشر رغيفا Apud me ſunt vndecim panes, اشتريت عشرين غلاما Emi viginti ſeruos : vbi panis, & ſeruus ſunt nomina, certo quidem numero addita, incertum verò eius numeratum determinantia. Quis enim dubitare poterat : Apud me ſunt vndecim, eſſe nummos aureos : ſed audito, panes, iam per hanc تمييز ſublata eſt ambiguitas, & numerus ille cuius rei fuerit, determinatum eſt.

Vel eſt للوزن ponderis per quantitatem ponderatam determinati, vt عندي رطل لوزا وتينا Apud me eſt libra amygdalarum, & ficorum, & عندي منوان زيتا وخلا Apud me ſunt duæ libræ,

vel

vel menſuræ olei, & aceti,

إِشْتَرَيْتُ قِنْطَارًا عَسَلًا وَسُكَّرًا Emi libras centum melis, & ſaccari.

Vel eſt للكيل Vaſorum menſuræ, per quantitatem menſuratam, determinatæ, vt عِنْدَنَا قَفِيزٌ زَيْتًا Apud nos eſt cadus olei, & إِشْتَرَيْتُ كُرَّيْنِ قَمْحًا Emi duos coros tritici, ideſt octoginta modia.

Vel eſt للمساحة Inſtrumentorum menſuræ, per quantitatem menſuratam, determinatæ, vt عِنْدَكَ ذِرَاعَانِ جُوخًا Apud te ſunt duo cubiti panni, & مَلَكْتُ شِبْرًا أَرْضًا Poſſedi palmum terræ.

Vel eſt etiam rei لِغَيْرِ مِقْدَارٍ non menſurabilis, vt عِنْدِي خَاتَمٌ ذَهَبًا Apud me eſt annulus auri, & إِشْتَرَيْتُ خَاتَمًا حَدِيدًا Emi annulum ferri, &c.

Omnia autem hæc determinantia, dempta numeri determinatione, optimè quoque in caſu giarri, cum مِن collocari poſſunt, vt عِنْدِي رَطْلٌ مِنْ تِينٍ Apud me eſt

est libra ex ficis: & قَفِيزٌ مِنْ زَبِيبٍ Cadus ex oleo, &c. Ita رَأَيْتُ أَحَدَ عَشَرَ مِنَ ٱلْكَوَاكِبِ Vidi vndecim ex stellis: & اِشْتَرَيْتُ قَدَحًا مِنْ عَسَلٍ وَسَمْنٍ Emi ciatum ex melle & butyro, & خَاتَمًا مِنْ حَدِيدٍ Annulum ex ferro.


Vel in regimine Genitiui, vt عِنْدِي رَطْلُ زَيْتٍ Apud me est libra olei, & كُرُّ قَمْحٍ Corus tritici, & ذِرَاعَانِ نَسْجٍ Duo cubiti telæ, & اِشْتَرَيْتُ رَطْلَ لَحْمٍ Emi libram carnis, &c.

Accidere quoque potest determinatio post نعم, & بئس, & حبذا, vt نِعْمَ رَجُلًا زَيْدٌ O quàm bonus, vel iucundus vir est Zæidus? & بِئْسَ مُعَلِّمًا زَيْدٌ O quàm malus magister est Zæidus? & حَبَّذَا أَرْضًا أَرْضُ ٱلْجَحِيمِ O quàm pessima est terra inferni.

At

At non anteponitur in reliquis iam dictis ipsa تَمْيِيز scilicet determinatio: non enim benè dicis عِنْدِي لَحْمًا رَطْل Apud me est carnis libra, &c.

Neque similiter est (vt concluditur in textu) nisi cum generalitate: specialitate enim nulla indiget, ideoque benè dicis زَيْدٌ جَمِيلٌ وَجْهًا Zæidus est pulcher facie, vel quoad faciem: non autem اَلْوَجْهَ neque وَجْهَهُ Quamuis congruè in alio tamen casu dici possit, زَيْدٌ جَمِيلُ الْوَجْهِ Zæidus est pulcher faciei, & وَجْهِهِ faciei suæ, si ita fari licet. Aliqui textus, aliam hìc superaddunt ipsius تَمْيِيز conditionem, quod scilicet non veniat nisi post orationem perfectam, quæ & statui etiam communis est: & ex dictis satis patet.





✿ بَابُ ٱلْاِسْتِثْنَاءِ ✿

CAPVT EXCEPTIONIS.

ٱلْمَتْنُ ٱلْعَرَبِي — Arabicus Textus.

وَحُرُوفُ ٱلْاِسْتِثْنَاءِ ثَمَانِيَةٌ وَهِيَ إِلَّا وَغَيْرُ وَسِوَى وَسُوَى وَسَوَاءٌ وَخَلَا وَعَدَا وَحَاشَا ✿ فَٱلْمُسْتَثْنَى بِإِلَّا يُنْصَبُ إِذَا كَانَ ٱلْكَلَامُ مُوجِبًا تَامًّا نَحْوَ قَامَ ٱلْقَوْمُ إِلَّا زَيْدًا وَخَرَجَ ٱلنَّاسُ إِلَّا عَمْرًا وَإِنْ كَانَ ٱلْكَلَامُ مَنْفِيًّا تَامًّا جَازَ فِيهِ ٱلْبَدَلُ وَٱلنَّصْبُ عَلَى ٱلْاِسْتِثْنَاءِ نَحْوَ مَا قَامَ أَحَدٌ إِلَّا زَيْدٌ وَإِلَّا زَيْدًا وَإِنْ كَانَ ٱلْكَلَامُ نَاقِصًا كَانَ عَلَى حَسَبِ ٱلْعَوَامِلِ نَحْوَ مَا قَامَ إِلَّا زَيْدٌ وَمَا ضَرَبْتُ إِلَّا زَيْدًا وَمَا

مَرَّ

مَرَرْتُ إِلَّا بِزَيْدٍ ۞ وَٱلْمُسْتَثْنَى بِغَيْرٍ وَسِوًى وَسُوًى وَسَوَاءٍ مَجْرُورٌ لَا غَيْرُ ۞ وَٱلْمُسْتَثْنَى بِخَلَا وَعَدَا وَحَاشَا يَجُوزُ نَصْبُهُ وَجَرُّهُ نَحْوُ قَامَ ٱلْقَوْمُ خَلَا زَيْدًا وَزَيْدٍ وَعَدَا عَمْرًا وَعَمْرٍو وَحَاشَا زَيْدًا وَزَيْدٍ ۞

ٱلْإِفْرَنْجِيَّةُ Latina Interpretatio. ٱلتَّرْجَمَةُ

Particulæ exceptionis ſunt octo, videlicet إلا Præter, Niſi, & غير; & سوى, & سوى eidem. Et سواء, & خلا, & عدا, & حاشا Excepit, vel Excepto, & præter, Niſi. Exceptum autem per إلا accuſatiuo afficitur, cùm fuerit affirmatiua perfecta, vt Surrexit populus præter Zæidum. & Egreſſi ſunt homines præter Amrum At ſi fuerit oratio negatiua perfecta, admittit in ipſo Excepto nominatiuum permutationis & accuſatiuum exceptionis, vt Non ſurrexit quiſquam niſi Zæidus & præter Zæidum. Si verò fuerit oratio defectiua, erit ſecundum rationem regentium, vt Non ſtetit niſi Zæidus, & Non verberaui niſi Zæidum, & Non appropinquaui niſi Zæido;

do. At Exceptum per غير, & سوى, & سُوى & سُواء est giarratum, non aliter. Exceptum verò per خلا, & عدا, & حاشا admittit suum accusatiuum, & genitiuum, vt Surrexit populus excepto Zæido, ac præter personam Zæidi, & Prætermisso Amro, ac præter personam Amri, & Secluso Zæido, ac præter personam Zæidi.

الشرح Thomea expositio. التوماوى

Exceptionis diuisio & descriptio breuitatis gratia hic omissa ab Authore Caphiæ sumenda est, qui quidem inquit, المستثنى Exceptum vel est متصل Coniunctum, vel منقطع disiunctum.

Primum est

المخرج من متعدد لفظا او تقديرا بالا واخواتها

Extractum à computato vocaliter, vel potentialiter, per الا & sorores eius.

Pro cuius intelligentia obseruandum est, quòd tria considerantur hic, nempe Exceptum, Exceptio, & Connumeratum, seu id à quo fit exceptio.

Exceptum enim est illud, quod post exceptionis particulam

ticulam regulariter ponitur. Connumeratum verò quod ante eam collocatur. At exceptio ipsa, quæ in medio sistitur.

Quidquid igitur post exceptionem ponitur, Exceptum dicitur, siue fuerit coniunctum cum eius toto connumerato, & postea per ipsam ab eo extractum: siue fuerit disiunctum, & non extractum.

Coniunctum enim cum toto connumerato ante exceptionem, extrahitur postea à toto, & à singulis eius partibus per ipsam, vt مَا وَجَعَنِي شَيْءٌ إِلَّا رَأْسًا Non doluit mihi quidquam præter caput, & مَا جَاءَنِي أَحَدٌ إِلَّا زَيْدًا Non venit ad me aliquis præter Zæidum, ideſt Ex omnibus membris nullum mihi doluit præter caput, & Ex toto illo hominum cætu cum Zæido exiſtentium, nullus ad me venit, niſi ipſæ: Zæidus igitur, & caput, quæ prius cum toto coniuncta erant, postea ab eo per particulam exceptionis extracta sunt, ita vt excepta, coniuncta, extracta, vel à ceteris partibus suis, vt اِشْتَرَيْتُ ٱلْعَبْدَ إِلَّا نِصْفَهُ Emi mancipium, niſi medium ipſius: totum enim & partes mancipij simul sunt, tamen vnum extractum ab alio videtur per exceptionem.

Dicitur igitur extractum ad differentiam excepti المنقطع quòd non extrahitur, vt nunc explicabitur.

Dicitur similiter vocaliter & potentialiter, siue à connume-

numerato expresso per vocem, vt وَصَلَ ٱلْقَفَلُ إِلَّا عَمْرًا Venit caterua viatorum præter Amrum. Vel intellecto per potentiam, vt مَا وَصَلَ إِلَّا عَمْرٌو Non peruenit nisi Amrus, subintellige مَا وَصَلَ أَحَدٌ إِلَّا عَمْرًا. Non peruenit aliquis præter Amrum.

Dicitur denique per إِلَّا & sorores eius, ad excludendas alias ab his exceptionis enumeratas particulas, vt جَاءَنِي ٱلْقَوْمُ لَا زَيْدًا Venit ad me multitudo, non Zæidus, & مَا جَاءَنِي ٱلْقَوْمُ لَكِنْ زَيْدٌ جَاءَ Non venit ad me cætus, sed Zæidus venit: vbi tam لَا, quàm لَكِن non sunt exceptionis particulæ.

Est igitur Coniunctum, quod pertinet ad idem genus rerum, vel ad totum præcedens à quo excipitur.

At المستثنى المنقطع Exceptum disiunctum est

هُوَ ٱلْمَذْكُورُ بَعْدَهَا غَيْرَ مُخْرَجٍ مِنْ مُتَعَدِّدٍ

Illud quod est commemoratum post ipsam (exceptionem) non exactum à commemorato, tanquam nimirum id quod ab eo ante exceptionem disiunctum erat, siue fuerit ex eodem rerum genere, vt جَاءَنِي ٱلْقَوْمُ إِلَّا زَيْدًا Venit ad me populus præter Zæidum: siue ex diuerso, vt

Venit

جَاءَنِي ٱلْقَوْمُ إِلَّا حِمَارًا Venit ad me populus, præter aſinum, & مَا فِي ٱلدَّارِ أَحَدٌ إِلَّا حِمَارًا Non eſt in domo aliquis præter aſinum. Quod aliqui conſtrui cum nominatiuo per modum البدل commutationis concedunt, ſic إِلَّا حِمَارٌ niſi aſinus.

Concludunt itaque Grammatici, dicentes.

أَلِاسْتِثْنَاءُ هُوَ إِخْرَاجُ مَا بَعْدَ إِلَّا وَأَخَوَاتِهَا مِنْ حُكْمِ مَا قَبْلَهَا فِي ٱلْإِيجَابِ وَإِدْخَالُهُ فِي ٱلنَّفْيِ

Exceptio eſt extractio illius quod eſt poſt إلا, & ſorores eius à prædicatione illius, quod eſt ante eas per affirmationem, & intoductione ipſius per negationem.

Exceptionis igitur particulæ octo aſſignantur in textu: quæ quidem licet communiter nomine particularum inſcribantur ab Authore, non tamen omnes particulæ ſunt, aut nuncupantur, ſed in triplici claſſe diſtribuuntur. Particula enim tantum إلا eſt, nomina verò ſunt غير, & سِوى, & سُوى, & سَوَاء Mixta tandem quandoque verba, quandoque particulæ, ſunt tres vltimæ, videlicet خلا & عدا حاشا.

Prima

Prima quidem, quæ & particula dicitur, est إلا Præter, Extra, nisi: cuius sanè excepta sunt in triplici differentia:

Quædam enim per إلا regulariter nasbantur, quando cum oratione affirmatiua & perfecta componuntur. Dixit cum oratione affirmatiua, vt negatiuam, prohibitiuam, & interrogatiuam seu dubitatiuam excluderet: & perfecta, vt Connumeratum expressum includeret: exempli gratia, جَاءَ ٱلْقَوْمُ إِلَّا زَيْدًا Venit populus præter Zæidum, & قَامَتِ ٱلنِّسْوَةُ إِلَّا هِنْدًا Surrexerunt mulieres præter Hendam, & خَرَجَ ٱلنَّاسُ إِلَّا عَمْرًا Exierunt homines præter Amrum, &c.

Quædam quidem & rafaantur secundum regulam البدل commutationis, & etiam nasbantur per exceptionem, quando in oratione negatiua perfecta constituuntur.

Ea autem hìc negatiua oratio, & perfecta dicitur, quæ & negationis particulam, & vocalem connumerati expressionem habet, vt مَا جَاءَ أَحَدٌ إِلَّا زَيْدٌ Non venit aliquis nisi Zeidus, vel إِلَّا زَيْدًا præter Zeidum: vbi إلا non quidem negatio, sed præcedentis negationis affirmatio est: & زيد loco أحد est, tanquam commutatio totius in partem.

Et

Et licet vtriusque modi, irrefragabilis maneat apud Arabes sententia, vt مَا فَعَلُوهُ إِلَّا قَلِيلٌ أَوْ قَلِيلًا Non fecerunt illud nisi pauci, vel præter paucos: nihilominus commutationis regula potior, ac nobilior semper ab ipsis existimatur, tanquam ea quæ affirmatiua est.

Quando autem connumeratum postpostponitur excepto, semper ipsum in accusatiuo ponimus, vt مَا جَاءَ إِلَّا زَيْدًا أَحَدٌ Non venit præter Zæidum aliquis.

Quædam verò & rafaantur, & nasbantur, & gezmantur iuxta regentium rationem, si in oratione defectiua, (nempe connumerato expresso carente) ipsa contigerint, quæ quidem eo affici debent casu, quo illud si adesset expresè sanè afficeretur, vt مَا جَاءَنِي إِلَّا زَيْدٌ Non venit ad me nisi Zæidus, & مَا رَأَيْتُ إِلَّا زَيْدًا Non vidi nisi Zæidum, & مَا مَرَرْتُ إِلَّا بِزَيْدٍ Non appropinquaui nisi Zæido: pro مَا جَاءَنِي أَحَدٌ إِلَّا زَيْدٌ Non venit ad me quispiam nisi Zæidus, & مَا رَأَيْتُ أَحَدًا إِلَّا زَيْدًا Non vidi aliquem nisi Zæidum, & مَا مَرَرْتُ بِأَحَدٍ إِلَّا بِزَيْدٍ Non appropinquaui alicui nisi Zæido.

Secun-

Secunda est غير Præter, Extra, Nisi: cuius exceptum semper giarratum, seu in genitiuo positum est: & nomen غير ad modum nominis post الا positi regulatum.

Exceptum igitur per غير post orationem affirmatiuam perfectam est, vt جَلَسَ ٱلنَّاسُ غَيْرَ زَيْدٍ Sederunt homines præter Zæidum. At post orationem negatiuam perfectam, vt مَا جَاءَ أَحَدٌ غَيْرُ زَيْدٍ أَوْ غَيْرَ زَيْدٍ Non venit aliquis nisi Zæidus, vel præter Zæidum. Post verò orationem defectiuam negatiuam venit exceptum, sicut dictum est, ad regentium præscriptum, vt مَا قَامَ غَيْرُ زَيْدٍ Non surrexit nisi persona Zæidi, & مَا ضَرَبْتُ غَيْرَ زَيْدًا Non verberaui nisi personam Zæidi, & مَا مَرَرْتُ بِغَيْرِ زَيْدٍ Non appropinquaui nisi Zæido.

Tertia سِوَى cum Kesra sub س, idem quod غير significat, & iuxta Authoris mentem semper nasba, aut accusatiuo afficitur, quod alij, & doctissimi quidam negant. Sybaueias enim inquit nasbari vti circumstantia loci, non vt exceptio: sed EbnumâleK, communem magis tanquam veriorem eligens sequi opinionem, ait سِوًى eisdem

prorsus

prorsus affici casibus, quibus غير ad modum, inquam, nominis occurrentis post الا, de quo supra dictum est.

Dicitur itaque in oratione perfecta affirmatiua جَاءَ ٱلْقَوْمُ سِوَى زَيْدٍ Venit populus præter Zæidum.

At in negatiua مَا ذَهَبَ أَحَدٌ سِوَى زَيْدٍ Non abijt quisquam nisi persona Zæidi, vel præter personam Zæidi, in vtroque casu, nimirum in nominatiuo potentialiter, & in accusatiuo actualiter, tanquam cum eo perpetuò constructum.

In defectiua verò, vt مَا كَتَبَ سِوَى زَيْدٍ Non scripsit nisi zæidus, & مَا رَأَيْتُ سِوَى زَيْدٍ Non vidi nisi personam zæidi: & مَا مَرَرْتُ بِسِوَى زَيْدٍ Non Appropinquaui, nisi personæ zæidi. Vbi distinctè apparet, quomodo سوى & nominatiuum, & accusatiuum, & tertium casum potentialiter recipit.

Quarta est سُوَى cum dhamma supra س, quæ eodem modo omnino vsurpatur, sicut سوى, idem significat, eisdemque ac similibus iam dictis explicatur exemplis.

Quinta eſt سَوَاءٌ cum fatha & madda, quæ quidem prorſus idem ſignificat quod cæteræ; eademque regula ducitur, ac caſibus ſuis vocaliter expreſſis afficitur.

Exemplum in oratione affirmatiua perfecta, vt

جَاءَ الْقَوْمُ سَوَاءَ زَيْدٍ Venit populus præter Zæidum,

At in negatiua, vt

مَا جَاءَ أَحَدٌ سَوَاءُ زَيْدٍ أَوْ سَوَاءَ زَيْدٍ Non venit quiſquam niſi Zæidus, aut præter Zæidum, in vtroque caſu.

In defectiua verò, vt مَا جَاءَ سَوَاءُ زَيْدٍ Non venit niſi Zæidus, & مَا طَرَدْتُ سَوَاءَ زَيْدٍ Non eieci niſi Zæidum, & مَا مَرَرْتُ بِسَوَاءِ زَيْدٍ Non appropinquaui niſi Zæido.

Sexta eſt خَلَا prima vltimarum trium, quæ quidem cum nasba & giarra conſtrui poſſunt.

Cum nasba enim tanquam verbi præteritum in ſenſu فَارَغَ dempſit, & اسْتَثْنَا excepit, vt

جَاءَنِي الْقَوْمُ خَلَا زَيْدًا Venerunt ad me aliqui dempſit,

&

& excepit Zæidum: ideſt dempto & excepto Zæido.

Et cum giarrà, ac ſi particula indeclinabilis foret, ad modum سوى Præter, Niſi, in oratione ponitur, vt

جَاءَنِي ٱلْقَوْمُ خَلَا زَيْدٍ Venerunt ad me aliqui præter Zæidum.

Septima eſt عَدَا in ſignificatione جاوز prætermiſit, & استثنا Excepit, quæ eodem quoque modo, vt præcedens vſurpatur & cum nasba, vt


جَاءَنِي ٱلْكُلُّ عَدَا زَيْدًا Venerunt ad me omnes homines, prætermiſit aut excepit Zæidum, vel prætermiſſo & excepto Zæido.

Et cum giarra, vt جَاءَنِي ٱلْكُلُّ عَدَا زَيْدٍ Venerunt ad me omnes præter Zæidum.

Octaua tandem eſt حَاشَا in ſignificatu باعد Amouit, & استثنا Excepit, more præcedentium: ſed rarò vſitatur, vt أَكَلَ ٱلْقَوْمُ حَاشَا زَيْدًا Comedit multitudo, amouit & excepit Zæidum, vel amoto & excepto Zæido.

& أَكَلَ ٱلنَّاسُ حَاشَا زَيْدٍ Manducauerunt homines præter Zæidum.

Porrò hæc cum giarra constructio, frequentior est, sicut خلا cum nasba, &. عدا vtroque modo. Hæc de exceptionis vocibus.



۞ باب لا ۞

CAPVT NON EST.

المتن العربي Arabicus textus.

اعلم أنّ لا تنصب النكرات بغير تنوين إذا
باشرت النكرة ولم تتكرّر نحو لا رجلَ في
الدار ۞ فإن لم تباشرها وجب الرفع ووجب
تكرار لا نحو لا في الدار رجلٌ ولا امرأة ۞ وإن
تكرّرت جاز إعمالها وإلغاؤها نحو لا رجلَ في
الدار ولا امرأةَ وإن شئت قلت لا رجلٌ في الدار
ولا امرأةٌ ۞

Latina

Scito quòd لا in accuſatiuo ponit generalia (nomina) abſque nunnatione, cùm immediatè iuncta fuerit generali (nomini) & non geminabitur ipſa لا: vt Non eſt vir in domo. At ſi non fuerit immediatè coniuncta illi, neceſſaria eſt poſitio nominatiui, & neceſſaria eſt geminatio لا: Non eſt in domo vir; neque mulier. Si autem geminata fuerit, conceduntur caſus eius, & reiectiones eius: vt Non eſt vir in domo, neque mulier. Et ſi volueris, dices, Non eſt vir in domo, neque mulier.

الدوماوي Thomea Expoſitio. الشرح

NEgatiua particula لا vel negat nomen الجنس generis, aut النكرة quod idem eſt, vel negat nomen المعرفة ſpeciale.

Si primum, ad modum enim إن in accuſatiuo ſuum conſtituit ſuppoſitum abſque tanuin: appoſitumque eius in nominatiuo cum tanuin eleuat, vt لا رجل منهم حاضر Non eſt vir ex eis præſens. Hocque fit tribus ſeruatis conditionibus.

Prima, quòd negatio لا nomini generis apponatur.
Secunda, quòd immediatè illi adhereat.
Et tertia, quòd sine replicatione fiat.

Si enim nomini speciali mediatè, & cum replicatione esset apposita, sanè nominatiuum & tanuin, immò & sui ipsius geminationem vt plurimum adscisceret. Horum exempla, vt لا زيدٌ فى الدار Non est Zæidus in ædibus, & لا رجلٌ فى الدار بل رجالٌ Non est vir (vnus) in domo, immo viri, & لا فى الدار زيدٌ ولا عمرو Non est in domo Zæidus, neque Amrus.

Obseruandum est autem hic, quòd hæc vocula لا, tripliciter in in oratione accidit.

Primò cum nomine in regimine posito, vt لا غلامَ رجلٍ حاضرٌ Non est seruus alicuius viri, præ-

Secundò cum ei simili, vt لا طالعاً جبلاً ذاهبٌ Non est ascendens montem, abiens: simile enim constituto in regimine dicitur, quod sanè ad integritatem orationis post negatum exigitur, vt hic جبلاً.

Tertiò tandem venit cum المفرد النكرة singulari generico, quod scilicet tamquam simplex & vagum, non est vt positum in regimine, vel ei simile composita, & signata: & hoc complectitur tam singulare verum, quàm duale & plurale, quæ iuxta varia ipsorum accusandi signa, vi لا, in accusatiuo ponuntur.

Primò

Primò per fatham, vt لَا اِلٰهَ اِلَّا اللّٰهُ Non eſt Deus, niſi ipſe Deus, & لَا شَكَّ فِيمَا قُلْتَهَا Non eſt dubium de his quæ dixiſti: & لَا رَجُلَ فِي الدَّارِ Non eſt vir in domo: reſponſio quidẽ interrogantis ſic مَنْ رَجُلٌ فِي الدَّارِ Quis vir eſt in domo.

Secundò per Keſram vice fatha in plurali fæminino integro, vt لَا مُؤْمِنَاتِ فِي الدَّارِ Non ſunt mulieres fideles in domo.

Et tertiò per ي in duali & plurali, vt لَا غُلَامَيْنِ لَكَ Non ſunt duo ſerui tibi, & لَا زَيْدِينَ عِنْدَكَ Non ſunt Zaidi apud te.

Quando igitur Author in textu inquit: Si autem geminata fuerit لَا conceduntur اعمالها operationes eius, ſeu caſus ordinarij eius, iuxta nempe regulam إِنَّ quæ Inceptum ponit in accuſatiuo, & Nuncium in nominatiuo eleuat, vt لَا خَيْرَ حَاضِرٌ وَلَا شَرَّ Non eſt bonum præſens, neque malum.

It pariter permittuntur الغاؤها, id eſt ابطالها, vel

vel اهمالها scilicet abolitiones vel reiectiones eius, nimirum tanquam Incæptum & Enunciatum, posita post ipsam, ambo in nominatiuo etiam extolli possunt, vt لا خير حاضر ولا شر Non est bonum præsens, neque malum: supple, præsens.

Concludunt itaque Expositores quòd لا primum nasbans nomen, construi potest cum secundo, negato per ipsius iterationem, tribus modis, scilicet cum fatha, & rafaa, & nasba, vt

لا رجل في الدار ولا امراة ولا امراة ولا امراة

Non est vir in domo, neque mulier.

At rafaans ipsum primum, duobus tantum modis cum secundo, scilicet cum fatha, & rafaa, non autem cum nasba, vt لا رجل في الدار ولا امراة ولا امراة.

Et absque copula & replicatione congruè tripliciter cadit, videlicet لا رجل ظريف وظريفا وظريف Non est vir elegans.

Et cum copula absque replicatione voculæ لا dupliciter, vt لا رجل وامراة في الدار Non est vir atque mulier in domo.

Vel secundo, vt لا رجل وامراة في الدار Non est vir atque mulier in domo; Varius horum dicendi modorum vsus frequens est in libris, & apud Authores.

Author autem Caphiæ iam dicta breuiter expendens, sequentem propositionem inquit quinque modis construi posse.

Primo cum fatha vtrumque negatum, vt لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِاللّٰهِ Non est robur neque fortitudo nisi per Deum, vel à Deo.

Secundo cum fatha, primum & secundum cum rafaa, vt لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةٌ إِلَّا بِاللّٰهِ :

Tertio cum fatha, primum & secundum cum nasba, vt لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةً إِلَّا بِاللّٰهِ .

Quarto cum rafaa, primum & secundum cum fatha, vt لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِاللّٰهِ ...

Quinto cum rafaa vtrumque simul, vt لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةٌ إِلَّا بِاللّٰهِ Non est robur neque fortitudo, nisi à Deo. Hæc breuiter de لا vocala sunt dicta.



Caput



✿ باب المنادى ✿

CAPVT VOCATI.

المتن | Arabicus Textus. | العربي

المنادى خمسة انواع المفرد العلم والنكرة المقصودة والنكرة غير المقصودة والمضاف والمشبه بالمضاف فاما المفرد العلم والنكرة المقصودة فيبنيان على الضم من غير تنوين نحو يا زيد ويا رجل والثلاثة الباقية منصوبة لا غير ✿

الترجمة | Latina Interpretatio. | الافرنجية

Vocatum quinque specierum est, Singulare pro-

proprium, & Generale intellectum, & Generale non intellectum, & Constructum, & simile Constructo. Singulare enim proprium, & Generale intellectum, ambo construuntur cum dhamma absque nunnatione: vt O Zæide, & O vir. Tria vero reliqua sunt nasbata, non aliter.

أَلسَّرح الثوماوى Thomea expositio.

Vocatum apud Arabes peculiarem non habet casum, sicut apud Latinos; sed quandoque in nominatiuo, quandoque in accusatiuo iuxta vocationis exigentiam ponitur, vt etiam nobis de accusatiuo communis est regula, dicimusque: O virum præstantissimum, O miseras hominum mentes: idest voco virum præstantissimum, & mentes hominum miseras appello, &c.

Describit autem vocatum Ebnulhâgeb in sua Caphia, dicens.

أَلْمُنَادَى هُوَ ٱلْمَطْلُوبُ إِقْبَالُهُ بِحَرْفٍ نَائِبٍ مَنَابَ أَدْعُو لَفْظًا أَوْ تَقْدِيرًا Vocatum est illud cuius præcatur accessus per particulam tenentem locum أدعو voco expresse vel tacite, siue vocaliter vel virtualiter. Nam alicuius ad nos inquiunt Arabes aduocamus accessum: aut حقيقة vere, vt يا زيد O Zæide, idest تعال Veni, & يا رجل O vir, idest اسمع Audi, &c.

Aut

يَا رَجُلًا O virum. Constructi seu in regimine positi, vt يَا غُلَامَ زَيْدٍ O serue Zæidi. Et similis constructo, vt يَا طَالِعًا جَبَلًا O ascendens montem.

Sed Author Caphiæ exactius rem omnem hanc euoluens, inquit, Vocatum primò construi in nominatiuo singulari sine tanuin si fuerit simplex speciale, vt يَا زَيْدُ O Zæide, vel in duali, vt يَا زَيْدَانِ O Zæidi ambo, vel in plurali, vt يَا زَيْدُونَ O Zæidi, & يَا رَجُلُ O vir talis, & يَا رِجَالُ O viri, يَا سَعِيدُ O Beate, &c. Quæ quidem virtute ادعو sunt quoque nasbata potentialiter.

Secundo construi in tertio casu per لـ dictum الاستغاثة inuocationis seu implorationis auxilij, vt يَا لَزَيْدٍ O Zæide, ideſt auxiliare.

Tertiò cum fatha, quando scilicet ad finem vocati additur اه, ad maiorem vocationis emphasim, vt يَا زَيْدَاهْ O zæide,

Quartò inaccusatiuo construi docet, quando nempe extra præfatos occurrit modos, scilicet vel in regimine, vt

vt يَا عَبْدَ اللّٰهِ O ſerue Dei, vel ei ſimili, vt

يَا طَالِعًا جَبَلًا O pulcher facie, & يَا حَسَنًا وَجْهُهُ

O aſcendens montem, & يَا مَارًّا بِزَيْدٍ O appropinquãs zæido.

Vel abſolutè, vt أَيَا رَاكِبًا O equitans: & quando vocatum non eſt intentum, nec viſum, vt eſt cæci dictum يَا رَجُلًا خُذْ بِيَدِي O vir accipe de manu mea, neque ſignatum, ſed in ſua generalitate permanens, vt يَا رَجُلًا O virum.

Sequentia autem ipſum vocatum ſimplex, vtpote Roborans, Epithetum, Coniunctum manifeſtationis, & Copulatum non admittens يَا tanquam habens ال, in quo caſu authoritate antiquorum Sapientum poni valeant: vel in nominatiuo actu, iuxta eius caſus ſpecies, vel in accuſatiuo, virtute ادعو, vt يَا رِجَالُ أَجْمَعُونَ وَأَجْمَعِينَ O viri omnes, & ò viros omnes, & يَا زَيْدُ زَيْدٌ وَيَا زَيْدُ زَيْدًا O zæide, zæide: & ò zæidum, zæidum: & يَا زَيْدُ الْعَاقِلُ وَالْعَاقِلَ O zæide prudens, & prudentem.

Et quomodo ſequens vocatum in regimine exiſtens, perpetuò

petuò dhamma afficiatur, vt يَا زَيْدُ غُلَامَ عَمْرٍو O zæide puer Amri: idem Author in sua Càphia latius explicat.

Similiter nomen ابن subsequens aduocatum proprium, aliudque simile post se regens, regulariter fathatur, vt يَا زَيْدَ بْنَ عَمْرٍو O zæidum filium Amri.

Aliqui & dhammari concedunt, vt يَا زَيْدُ بْنَ عَمْرٍو O zæide fili Amri: vbi quoque ا nominis إبن subtrahitur, iuxta communem Grammaticorum regulam, quando nimirum inter duo nomina propria cadit: quod secus accidit, si alterum vel vtrumque commune fuerit.

Ac etiam cum eo perpetuò dhammatur, vt يَا زَيْدُ ابْنَ أَخِي O zæide fili fratris mei: & يَا رَجُلُ ابْنَ زَيْدٍ O vir fili zæidi; & يَا رَجُلُ ابْنَ أَخِي O vir fili fratris mei.

Idem prorsus cum fæminino de ابنة filia dicendũ est.

Vocatum autem specificatum per articulum ال semper in nominatiuo ponitur, licèt nudam particulam يا non admittat, non enim dices يَا الرَّجُل quia ال, & يا ambæ spæcificationis particulæ simul stare nequeũt in proposito:

Ideoque

Ideoque pronominibus demonstratiuis illam adiunxerunt sic يَا هٰذَا الرَّجُلُ O iste vir, idest, O iste, inquam, vir talis.

Vel eisdem vnà cum أَيّ positam, addiderunt, vt يَا أَيُّهٰذَا الرَّجُلُ O vir iste.

Aut cum هَا excitationis, vt يَا أَيُّهَا الرَّجُلُ O talis vir, idest, Eia ò vir talis.

Exceptum tamen est ab hac regula, sanctum Dei nomen tantum, ex antiquissima Arabum traditione & vsu: quod vnà cum articulo ال nudam يا recipit, vt يَا اللّٰه O Deus, quod Italicè diceremus, O il Dio, vel melius, O Iddio, per illisionem, l, in, d, Iddio, scilicet, O ille qui verus est Deus.

Vocàtum insuper affixum ى pronomine primæ personæ singularis, quinque modis construunt.

Primo cum fatha, vt يَا غُلَامِيَ O serue mi.

Secundo cum Kesra, vt يَا غُلَامِي.

Tertio cum eadem, subtracta ى vt يَا غُلَامِ.

Quarto cum eadem, addita ه in pausa, vt يَا غُلَامِيه

Et

Et quinto cum fatha commutata ى in ا, vt يَا غُلَامَا & cum ه, يَا غُلَامَاهْ.

Rursus dicunt يَا أَبِي O pater mi, & يَا أُمِّي O mater mea: & etiam يَا أَبَتِ O pater mi, & يَا أُمَّتِ O mater mea: & similiter يَا ٱبْنَ أُمِّ O fili matris meæ, ideſt, O frater mi: & يَا ٱبْنَ عَمِّ O fili auunculi mei, ideſt, O Conſobrine. Quidã quoque dicunt يَا ٱبْنَ عَمِّ & يَا ٱبْنَ أُمِّ idem.

Tandem vocato conuenire الحذف ideſt ſubtractio particulæ vocationis, & التَرخِيم abſciſio extremæ partis ſui, quibuſdam obſeruatis, Arabes omnes concedunt. Subtrahi igitur poteſt particula vocationis à vocato per proprium nomen, vt eſt ſententia يُوسُفُ أَعْرِضْ عَنْ هٰذَا pro يَا يُوسُفُ O Ioſeph declina ab hoc.

Secundo à vocato per ſpecificatum in regimine, vel affixo, vt فَاطِرَ ٱلسَّمٰوَاتِ وَٱلْأَرْضِ pro يَا فَاطِرَ O Factor, ò opifex cælorum & terræ; & رَبِّ ٱرْحَمْنِي pro يَا رَبِّ Domine miſerere mei.

Tertio à vocato per nomen ſpecificatum articulo ال, vt يَاأَيُّهَاالرَّجُلُ pro أَيُّهَاالرَّجُلُ O vir.

Quanto à vocato per relatiuum مَنْ qui, quis, expreſſo, vt يَامَنْ لَا يَزَالُ pro مَنْ لَا يَزَالُ O qui numquam deficit, ideſt O Deus qui ſemper manet.

Quinto à Dei nomine per commutationem يا à principio in ام ad finem ſecundum الخليل, vt أَللّٰهُمَّ idem quod يَا ٱللّٰهُ O Deus, vbi nullum eſt affixum, vt falsò quidam ex noſtris imaginantur: ſed huiuſce tantum nominis compoſitio inquit الفراء per additionem ام facta, in qua proinde أ deperditur, م iuncta ipſi ه immediatè, & ſenſus eſt أللّٰهُمَّ videlicet يَا ٱللّٰهُ أُمَّنَا O Deus author noſter, vel parens noſter.

Quidam autem nolentes ام vice يا ſuccedere, vtrumque ſimul coniungunt, dicentes يَا ٱللّٰهُمَّ O Deus.

Dicunt inſuper alij يَا ٱللّٰهُمَّا O Deus. Sed primus frequentior dicendi, vſitatiorque modus apud Arabes.

A no-

A nomine autem generis particula يا ſubtrahi non potest, non enim dices رَجُلُ intelligendo pro يَا رَجُلُ nam vtroque ſubtracto ſigno, non habet vnde vocationem ſignificet, nec minus, vt ſe per illud nomen quiſquam vocatum intelligat.

Similiter à nomine الاشارة, & المستغاث, & المندوب ob eandē cauſam, huiuſmodi ſubtractio nō fit, non enim dices هذا اقبل, neque لزيد, nec زيداه vbique يا neceſſariò requiritur. Vide Caphiam.

Excipit tamen Author hæc, nimirum أَصْبِحْ لَيْلُ Eſto manè, vel Illuceſce ò nox: & أَفْتَدِ مَخْنُوقُ Eſto incolumis ò ſuffocate: cadentis inquiunt ſuper dormientem in nocte, vox iſta eſt.

Et ſimiliter أَطْرِقْ كَرَى pro أَطْرِقْ يَا كَرَوَانُ vbi pariter duæ ſunt exceptiones, ſcilicet ſubtractionis & abſciſſionis. Eandem vide Caphiam.

Et tandem quandoque ipſum quoque vocatum, inquit, ſubtrahitur, vt أَلَا يَا اسْجُدُوا pro أَلَا يَا قَوْمُ اسْجُدُوا Eia ò Congregatio, adorate.

A nominē vocati in proſa denique conceditur الترخيم abſci-

abſciſio, & quandoque in carmine eſt neceſſaria, quæ quidem ſic deſcribitur ab Authore Caphiæ

هُوَ حَذْفٌ فِي آخِرِهِ تَخْفِيفًا Abſciſio eſt detractio vltimi ſui, leuitatis gratia, ideſt, ablatio extremæ partis ſui ad facilitatem pronunciationis & lenitatem.

Conditiones verò eius ſunt, quòd vocatum non ſit مضافا relatum, ſcilicet in regimine: neque مستغاثا in adiutorium imploratum: neque جملة ſumma, ſeu complexum: ſed ſit علما nomen proprium, literis plus tribus integratum, aut ة fæminini generis litera, in fine ſignatum.

Si igitur in fine huiuſmodi vocati duæ fuerint redundantes literæ, vt أَسْمَاءُ & مَرْوَانُ nomina propria, aut vna tantum litera radicalis, cui præcedat مدّ ideſt aliqua ex his tribus اوى ac pluſquàm quaternarium fuerit, vt منصور, & معذوق nomina propria, ambæ pariter ſubtrahuntur per abſciſionem, ſub eiuſdem vocalis circumſtantia: dicis enim يَا أَسْمَ O Aſma, pro يَا أَسْمَاءُ O Aſmaha: & يَا مَرْوَ O Marua, pro يَا مَرْوَانُ O Maruana,

uana, & يا منص O Mansu, pro يا منصور O Mansur, ideſt O victori: يا معت O Maatu, pro يا معتوق O Maatuche, ideſt ò Redempte.

Si autem præcedens radicalem, fuerit & ipſa radicalis, vtique permanet, quamuis in pluſquam quaternario extiterit, vt de مختار patet, dicis enim يا مختا O Mochtà, ideſt O Electæ, nomen proprium, non يا مخت.

Similiter ſeruilis in minus quaternario, vel eam duobus radicalibus tantum præcedentibus remanet, vt de سعاد dicis يا سعا O Saah, ideſt O Felix, nomen proprium, non يا سع Vnde iuxta horum regulam cætera ſimilia metiri poſſunt.

Si verò vocatum fuerit cōmplexum, totum nomen vltimum ſubtrahitur per abſciſionem, vt يا بعل pro يا بعلبك O Baalabacca, nomen proprium Vrbis: & ſimiliter يا خمسة pro يا خمسة عشر item nomen proprium.

At si aliter quàm sic fuerit, vna tantum litera subtrahitur, & remanent vltimæ vocati abscissi sub eisdem motionibus, sub quibus erant prius cum integro, vt يَا حَارِ pro يَا حَارِثُ O Hàrete, & يَا ثَمُو pro يَا ثَمُودُ O Thamude, & يَا كَرَوَ pro يَا كَرَوَانُ O Karauane.


Quandoque autem præfatum vocatum sic abscissum ponitur, tanquam nomen proprium, à quo nihil subtractum fuisset, & dicitur يَا حَارُ O Hàru, idest, O Hàrete: & iuxta regulam commutationis, permutato و in ى dicitur يَا ثَمِى O Thami, idest, O Thamude, & و in ا dicitur يَا كَرَا O Kara, idest, O Karauane: quæ tamen rarò fiunt.

Si tandem non habuerit nisi tres literas, vel aliqua minus, nullo modo abscissio ab eo fieri potest, non enim de زَيْدٌ dicis يَا زَىْ neque de هِنْدٌ dices يَا هِنْ Sed à ternario, & eo minus ة fæmin. in fine habente, licet fieri abscissio, vt à ثُبَةٌ fit يَا ثُبَ اقْبِلْ O Thuba accipe, & à هِبَةٌ fit يَا هِبَ تَعَلْ O Heba veni, pro, O Thubata, & O Hebata.

Duæ

Duæ igitur conditiones iſtæ, vtputa eſſe nomen proprium pluſquam ternarium, & ة fæmin. habere, ipſi Vocato abſciſſo conſtanter conueniunt. Excipitur tamen صاحب amicus, patronus, quòd generale, ſeu commune nomen eſt, & ob frequentem vſum abſcinditur ac dicitur يَا صَاحِ O amice, pro يَا صَاحِبُ.

Et quandoque forma vocationis in مندوب ſcilicet, lamentato, ſeu tanquam charo deplorato, ob eius carentiam & abſentiam per يا aut وا etiam vſurpatur, dummodo lamentum ſit ſpecificati & noti: vnde non benè dices يَا رَجُلَاهْ aut وَا رَجُلَاهْ O vir, neque dices يَا زَيْدُ ٱلطَّوِيلَاهْ O Zæide longus &c. Eandem vide Caphiem: Nos enim hic iuxta Agerumiæ inſtitutum breuitati ſtudemus.





باب المفعول من أجله

CAPVT PATIENTIS
Gratia cuius.

المتن Arabicus Textus. العربي

وهو الاسم المنصوب الذى يذكر بيانا لسبب وقوع الفعل نحو قولك قام زيد اجلالا لعمرو وقصدتك ابتغاء معروفك

الترجمة Latina Interpretatio. الاورجية

Eſt autem nomen naſbatum, quod remenſuratur, ad oſtendendam cauſam euentus actionis; verbi gratia, Surrexit Zæidus ad honorandum Amrum; & Adiui te, ad petendum fauorem tuum,

PAtiens iſtud duplici appellatur vocabulo, ſcilicet Patiens gratiâ cuius, & مفعول له Patiens cui: nimirum vel gratiâ cuius præcedens fit actio, vel cui talis dirigitur operario. Ideoque ſic illud deſcribit Ebnulhâgeb,

المفعول له ما فعل لاجله فعل مذكور

Patiens cui, eſt illud cuius gratiâ eſt facta operatio præmemotata, vt ضربت زيدا تاديبا Verberaui Zaidum correptionis gratiâ, & قعدت عن الحرب جبنا Sedi procul ab exercitu ob timorem.

Illud igitur ob quam cauſam, vel gratiâ cuius eſt verberatio Zæidi vtpote ob correptionem, vel ſeſſio procul, ſcilicet ob timorem, Patiens gratiâ cuius appellatur.

Per illam itaque particulam لاجله aut له cetera excludit Patientia; ſcilicet Patiens مطلق abſolutum, & به in quo ſubiectiuè, & فيه in quo localiter, vel temporaliter, & معه cum quo.

Per actionem verò præmemoratam, intelligit præhabitam, siue illa postea fuerit prolatione expressa, aut sola intentione concepta, non curat: ideo non excludit hanc intentam, vt si quis diceret percutienti لم ضربت زيدا Quare verberasti Zæidum? Illico responderet تأديبا Correptionis gratia, subintelligendo, verberaui eum,

Excluditur ergo actio nullius gratia præhabita, vt أعجبني التأديب placet mihi correptio, &c.

Hinc patet eiusdem patientis descriptio in textu assignata, quòd sit nomen nasbatum quod rememoratur ad declarandam causam euentus actionis. Quod quidem sic est, in virtute tamen ل causalem habet, vt supra dictum est de Patiente in quo, in virtute similiter في tenente, quibus particulis actu positis, statim casus giarri apparet, vt ضربت زيدا للتأديب Verberaui Zæidum ad correptionem, quod & per alias eiusdem valoris etiam fit, nempè per من, & ب, & في vt

إن امرأة دخلت النار في هرة Profectò mulier ingressa est ignem propter repudiationem, vel propter imputationem, &c.

Quod quidem & Latini similiter exprimunt per ad, ob, propter, vel per ablatiuum absolutum, vt

Visitaui

زرته خوف الشر Visitaui eum timore mali. Vel per Gerundium in dum, vt claret ex litera.

Vt tandem Patiens gratia cuius liberè nasbari valeat, quatuor conditiones, inquiunt, requiruntur.

Prima, quod sit infinitiuum, ideoque non dices جئتك سمنا sed للسمن Veni ad te propter butyrum: vbi licet aduentus sit propter butyrum, non tamen nasbari potest, quia butyrum est rei permanentis nomen, non eius actus, seu fluxus, vt infinitum.

Secunda, quòd sit causa, ob quam præcedens fit actio, vnde nec dices جئت محبتك sed جئت لمحبتك Veni ob amorem tui, intelligens ad quid aliud faciendum.

Tertia, quòd faciens actionem illam præcedentem, & finalem subsequentem, sit idem agens, vt est authoritas apud eos

كلما أرادوا يخرجوا منها من غم

A quibuscunque voluerunt exire, vel effugere, ex compressione fuit: vbi fugam arripientes, inquiunt, sunt infideles, & compressionis agens Deus.


Quarta, quòd vtriusque scilicet actionis & agentis tempus sit idem,

Primi, vt جئتك أمس لإكرامك اليوم Adiui te heri

te heri, ad honorandum te hodie.

Secundi, vt فَعَلْتُهُ لِإِكْرَامِكَ ٱلْيَوْمَ Feci istud ad honorandum te hodie. In quibus locis nasba esse non potest, sed ل expressa cum suo casu.

Remanet igitur nasba in Patiente gratia cuius cum Infinitiuum fuerit, & finalis causa præmissæ actionis, & vtrinsque idem Agens, & Tempus. Quod exempla literæ satis manifestum reddunt.





بَابُ ٱلْمَفْعُولِ مَعَهُ

CAPVT PATIENTIS.

Cum quo.

ٱلْمَتْنُ　　Arabicus Textus.　　ٱلْعَرَبِيُّ

وَهُوَ ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْصُوبُ ٱلَّذِي يُذْكَرُ لِبَيَانِ مَنْ فَعَلَ مَعَهُ ٱلْفِعْلُ نَحْوَ قَوْلِكَ جَآءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ وَٱسْتَوَى ٱلْمَآءُ وَٱلْخَشَبَةَ ۞

وَأَمَّا خَبَرُ كَانَ وَأَخَوَاتِهَا وَٱسْمُ إِنَّ وَأَخَوَاتِهَا فَقَدْ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُمَا فِي ٱلْمَرْفُوعَاتِ وَكَذَٰلِكَ ٱلتَّوَابِعُ تَقَدَّمَتْ هُنَاكَ ۞

Eſt autem nomen nasbatum, quod rememoratur ad oſtendendum, cum quo facta eſt actio; verbi gratia, Venit Princeps cum exercitu, & Coæquata eſt aqua cum trabe.

Porrò Nuncij كان & ſororum eius, & nominis ان & ſororum eius, iam vtique præceſſit vtriuſque mentio in rafaatis. Pariter & ſequentium præceſſit illic.

الشرح التوماوي — Thomea expoſitio.

Authorr Chaphiæ iſtud ſubtilius deſcribens, ſic ait المفعول معه مذكور بعد الواو لمصاحبة معمول فعل لفظا او معنى Patiens cum, quo eſt rememoratum poſt و ob compatticipationem effectus actionis, prolatione vel ſenſu.

Sed Ebnulmâlek in explicatione Elhariri, clarius ſic المفعول معه هو الاسم المذكور بعد واو بمعنى مع Patiens cum quo eſt nomen memoratum poſt و in ſenſu particulæ, cum.

His

His quoque addatur ea, quæ eſt in textu deſcriptio, ſatiſque perſpicua huius patientis manebit ratio.

Animaduertendum verò eſt, quòd ante præfatum و ſemper debet vel affectus actionis, vel ſenſus illius præcedere, vt poſt ipſum iure hoc ſuccedat Patiens, ſiue affectus ille fuerit agentis, vt جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ Venit Princeps cum exercitu, ſiue Patientis, vt كَفَاكَ وَزَيْدًا دِرْهَمٌ Snffecit tibi & Zæido, vel vnà cum Zæido nummus.

Vnde talis effectus vel erit manifeſtus prolatione, vt جَاءَ ٱلْبَرْدُ وَٱلْجُبَابَا وَٱسْتَوَتِ ٱلْمِيَاهُ وَٱلْأَخْشَابَا Venit frigus cum Gubbis, & æquatæ ſunt aquæ cum lignis.

Aut erit ſubintellectus ſenſu, vt مَالَكَ وَزَيْدًا Quid tibi cum Zæido? ideſt تَصْنَعُ Quid facies, &c.

Obſeruandum inſuper eſt, in hac dicendi phraſe Arabica, duo eſſe agentia: Primum ante و & ſecundum poſt ipſam, quod & patiens cum quo vocant.

Quando igitur inquiunt in definitione, præfatum patiẽs commemorari poſt و quæ aut ſenſum ٱلْمَعِيَّة ſimultatis facit, vel المصاحبة ſocietatem, aut participatio-

cipationem præcedentis actionis ostendit: pariter innuunt, effectum illum, seu actionem, eodem in tempore & loco, ab vtroque esse faciendam, vt أَكَلْتُ وَزَيْداً Manducaui cum Zæido, & مَشَيْتُ وَزَيْداً Deambulaui cum Zæido, scilicet effectum seu actum comestionis & deambulationis, vnà cum Zæido, eodem in loco & tempore feci: quod quidem non euenit, quando و illa copulationis sensum solummodo præfert, vt جَاءَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو Venit Zæidus & Amrus, ideſt Venit Zæidus, & venit Amrus: actum scilicet veniendi vterque peregit, sed siue simul, siue eodem pariter tempore & loco fuerit, non ostendit, sicut illa simultatis.

Verum enim verò, si fuerit effectus ille præcedens actualiter, vtriusque و sensus permittitur, scilicet copulationis, & simultatis, quemadmodum Author Caphiæ apertè docet, vt جِئْتُ أَنَا وَزَيْدٌ Veni ego, & Zæidus: & جِئْتُ أَنَا وَزَيْداً Veni ego cum Zæido.

Si verò copulationis intellectus non fuerit admissus, tunc ad nasbam solum restringitur Patiens istud, vt جِئْتُ وَزَيْداً Veni cum Zæido.

Si autem virtualiter tantum fuerit præcedens, & conceditur copulatio, & per illam casus sequentis, ad antecedentis casum restringitur, vt مَا لِزَيْدٍ وَعَمْرٍو Quid habet Zæidus,

Zæidus & Amrus? Si verò non conceditur, restringitur Patiens ad casum nasbæ, vt مَا لَكَ وَزَيْدًا Quid habes cum Zæido? & مَا شَأْنُكَ وَعَمْرًا Quid tibi cum Amro? idest ما تصنع معه Quid facis cum eo?

Has itaque sic resoluit orationes, مَا شَأْنُكَ وَعَمْرًا idest مَا تَصْنَعُ وَعَمْرًا Quid agis cum Amro? & مَا لَكَ وَزَيْدًا idest مَا تَصْنَعُ وَزَيْدًا Quid facis cū Zæido? & مَا لِزَيْدٍ وَعَمْرٍو .i. مَا يَصْنَعُ زَيْدٌ وَعَمْرٌو Quid facit Zæidus & Amrus?

Quando denique in fine huius capitis Author inquit, Nuncium verbi كان & sororum eius, &c. tacitæ obiectioni satisfacit. Aliquis enim dicere poterat: Vos iam prædestinastis quindecim esse nasbata, & nunc non nisi decem affertis: vel igitur malè numerum male assignastis, vel eas explicando nunc deficitis.

Respondet præmissis verbis de illis, quæ omissa videntur, iam satis dictum fuisse in capitibus rafaatorum, vbi illorum manifestando rafaam, scilicet nominatiuum agentem, necesse erat pariter & horum nasbam, scilicet accusatiuum patientem ostendere. Propterea breuitatis gratia, tanquam ibi manifesta hìc omissa sunt.

Vnde كَانَ زَيْدٌ قَائِمًا Fuit Zæidus ſtans, vox iſta قَائِمًا ſtans, dicitur hic Nuncium, ſeu prædicatum verbi كَانَ, quod quidem ex nasbatorum numero eſt de quo iam ſupra dictum eſt in rafaatis.

Simili modo إِنَّ زَيْدًا قَائِمٌ Profectò Zæidus eſt ſtans: vbi زَيْدًا Nomen إن ſeu ſubiectum eius nuncupatur, quod ex eiſdem nasbatis eſt, de quo pariter in rafaatis dictum eſt.

Similiter ſequentium nasbata, mentio ibidem præceſſit. Primi, ſcilicet النعت vt رَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْعَاقِلَ Vidi Zæidum prudentem.

Secundi العطف vt رَأَيْتُ زَيْدًا وَعَمْرًا Vidi Zæidum & Amrum.

Tertij التوكيد vt رَأَيْتُ زَيْدًا نَفْسَهُ Vidi Zæidem ipſum.

Quarti, ſcilicet البدل vt رَأَيْتُ زَيْدًا أَخَاكَ Vidi zæidum fratrem tuum: nam prudentem, Amrum, ipſum, fratrem tuum, ſequentia dicuntur nasbata, quæ & ipſa ex nasbatis ſunt, de quibus ſupra ſuis in locis pertractatum eſt, Propterea ipſorum hic peculiaris tractatus per capita prætermiſſus eſt. Hæc de nasbatis.

Caput



۞ بَابُ مَخْفُوضَاتِ ٱلْأَسْمَآءِ ۞

Caput Chafdhatorum nominum.

ٱلْمَتْنُ — Arabicus textus. — ٱلْعَرَبِيُّ

أَلْمَخْفُوضَاتُ ثَلَاثَةٌ مَخْفُوضٌ بِٱلْحَرْفِ وَمَخْفُوضٌ
بِٱلْإِضَافَةِ وَتَابِعٌ لِلْمَخْفُوضِ ۞ فَأَمَّا ٱلْمَخْفُوضُ
بِٱلْحَرْفِ فَهُوَ مَا يُخْفَضُ بِمِنْ وَإِلَى وَعَنْ وَعَلَى وَفِي
وَرُبَّ وَبِٱلْبَآءِ وَٱلْكَافِ وَٱللَّامِ وَبِحُرُوفِ
ٱلْقَسَمِ وَهِيَ ٱلْوَاوُ وَٱلْبَآءُ وَٱلتَّآءُ وَبِوَاوِ رُبَّ بِمُذْ
وَمُنْذُ ۞ وَأَمَّا مَا يُخْفَضُ بِٱلْإِضَافَةِ فَنَحْوُ قَوْلِكَ غُلَامُ
زَيْدٍ وَهُوَ عَلَى قِسْمَيْنِ مَا يُقَدَّرُ بِٱللَّامِ وَمَا يُقَدَّرُ

دمِن فالَّذِي يُقَدَّر بِاللَّامِ نَحْوُ غُلَامُ زَيْدٍ وَالَّذِي يُقَدَّر بِمِن نَحْوُ ثَوْبُ خَزٍّ وَبَابُ سَاجٍ وَخَاتَمُ حَدِيدٍ ۞

الترجمة Latina interpretatio. الافرنجية

Chafdhata tria ſunt; Chafdhatum particula, & Chafdhatum regimine, ac ſequens Chafdhatū enim per particulā, eſt quod chafdatur من Ex, & الى Ad, & عن A, & على Super, & في In, & ربّ Vix, & ب In, & ك Sicut, & ل Ad. Et per particulas iuramenti, quæ ſunt و & ب & ت per: Et per و ipſius ربّ; & per مذ A termin, & منذ à puncto. Illud autem quod chafdatur per regimen, eſt quidem veluti cùm dicis, Seruus Zæidi. Quodque duplex eſt; quoddam retinet vim ل, & quoddam includit vim من. Quod enim retinet vim ل, eſt vt, Puer Zæidi: & quod includit vim من, eſt vt Veſtis ſerici craſſioris, & Porta Sâgi (ligni) & Annulus ferri.

Thomea

EA qnæ tertium caſum poſtulant apud Arabes, à Cuſenſiũ ſchola المخفوضات appellantur: à Beſſarenſium verò المجرورات vocata fuere.

Quæ quidem Author Câphiæ deſcribens ait

المجرور هو ما اشتمل على علم المضاف اليه

Giarratum eſt illud quod reſtriugitur ad ſignatum Annexi cui.

Annexum autem cui relatum (inquit) eſt quodlibet nomen cui attribuitur aliquid, mediante litera giarri actualiter vel potentialiter ad arbitrium, vt غلام زيد Seruus Zaidi, vt مررت بزيد Appropinquaui Zaido. In primo enim exemplo eſt litera giarri tantum virtualiter: in ſecundo verò actualiter, ſcilicet ب.

Inquit ad arbitrium, quia in primo quoque exemplo actualiter poni poterat, vt غلام لزيد Seruus Zaidi.

Sed Sciech Gibraîl in ſua expoſitione Agerumiæ inquit,

المخفوض هو ما دخل عليه عامل الخفض

Chadatum eſt illud cui ineſt regens chafdam, ſcilicet tertium caſum.

est tanquam leo : & ل , vt أَلْمَالُ لِزَيْدٍ Diuitiæ sunt zæidi.

Et per literas iuramenti , scilicet و , vt وَٱللّٰهِ , & ب vt بِٱللّٰهِ , & ت vt تَٱللّٰهِ per Deum : & per و quæ loco رُبَّ ponitur , vt وَلَيْلٍ pro رُبَّ لَيْلٍ Fortasse nox est , scilicet vt fluctus maris , &c. Et وَبَلَدٍ pro رُبَّ بَلَدٍ Vix regio est , scilicet , in qua non sint aliqui.

Et per مُذْ & مُنْذُ , quæ quandoque vt nomina , quandoque verò vt particulæ vsurpantur : si enim tanquam nomina giarrum non efficiunt , sed valent vt interuallum , & spacium , quia tunc veluti circunstantiæ temporis veniunt , vt مَا رَأَيْتُهُ مُذْ يَوْمَانِ Non vidi eum , à spatio duorum dierũ: vel مُنْذُ يَوْمَانِ interuallum , sunt duo dies , vbi مُذْ , & مُنْذُ Inceptum , & يَوْمَانِ Nuncium.

Sed quãdo summam verbalem præcedunt , ambæ similiter tempois circumstantiæ sunt , verbum ipsum cum suo agente veluti in regimine habentes , vt جِئْتُ مُذْ أَوْ مُنْذُ قَرَأَ زَيْدٌ Veni ab ipso legere zæidi , ideſt quando cæpit legere zæidus.

. Ipsa autem annexio, seu regimen tripliciter fit.

Vel in sensu من, aut في, aut ل, quia omne quod regitur, vel est genus seu materia, ex qua constituitur rectum, & sic regimen est in significatu مِنْ, aut عن, vt

خَاتَمُ فِضَّةٍ Annulus argenti, & ثَوْبُ حَرِيرٍ Vestis serici, & مَاءُ وَرْدٍ Aqua rosarum, scilicet عَنْ فِضَّةٍ Ex argento, & مِن حرير, مِن وَرْدٍ Ex rosis.

Vel est secundum recentiores Grammaticos ظَرْفٌ scilicet circumstantia continens annexum quod, & sic annexio ipsa est in sensu في vt ضَرْبُ يَوْمٍ Verberatio hodierna, vel huius diei, idest ضَرْبٌ فِي يَوْمٍ Verberatio in die: & auctoritas quoque est تَرَبُّصُ اربعة اسهر mora quatuor mensium, scilicet في اربعة اسهر.

Et similiter بل مكر الليل immo machinatio noctis, idest مكر في الليل &c.

Vel

Vel tandem neque vt genus, neque vt circumſtantia. ſed in ſignificatu ل venit, vt كِتَابُ زَيْدٍ ſcilicet كِتَابٌ لِزَيْدٍ Liber zæidi, & ذَهَبُ خَاتِمِي ideſt, ذَهَبٌ لِخَاتِمِي Aurum annuli mei, &c.

In aliquibus tamen ſenſus eſt adeo manifeſtus, quod expreſſio per particulas huiuſmodi non eſt neceſſaria, vt يَوْمُ الْأَحَدِ dies vnius, ideſt dies Dominica: & عِلْمُ الْفِقْهِ Scientia legis canonicæ, & شَجَرُ الْأَرَاكِ Arbores araki, genus arboris Arabibus notum, &c.

Obſeruandum eſt autem hic, nomina regimen inducentia, in duplici eſſe differentia.

Quædam enim ſenſu, & prolatione ſimul, regiminis conſtructionem adſciſcunt.

Quædam verò ſenſu ſolum, quia quandoque regimen prolationis admittunt.

Prima ſunt hæc nempè لَدُنْ Terminus loci & temporis, & لَدَا, & لَدُوا Terminus loci præſentis ac propinqui: & سُبْحَانَ Laus, & ذُو ideſt صَاحِب Poſſeſſor habens: & مع Cum, Simul: & عند Apud, & اولوا

Poſ-

Possessores in plurali semper, singulare enim caret.

Dicis enim de primo فعلت ذلك من لدن الجامع Feci illud ad templum, vel iuxta templum: & من لدن صلاة العصر Ad orationem vesperi, vel ad Vesperas: & لقيته لدا الباب Inueni eum propè ianuam: & رايته لدوا العين Vidi illum iuxta fontem.

De secundo, vt سبحان الله Laus Dei, scilicet Laus Deo, & sensus est اسبح لله Laudem dico Deo.

De tertio, vt هذا ذو مال Hic est possessor opum: & مررت بذي مال Appropinquaui possessori diuitiarum.

De quarto, vt اكلت مع زيد Manducaui cum zæido.

De quinto, vt جلست عند زيد Sedi prope zæidū.

De sexto, vt هولاء اولوا فضل Ipsi sunt possessores virtutis, scilicet virtute præditi. Hæc enim nomina sensifluam ac prolatilem regiminis constructionem, nunquam amittunt.

Et

Et similia his sunt hæc, scilicet كِلَا Vterque كِلْتَا Vtraque, & مُعَاذَ ٱللهِ Præsidium Dei, protectio Dei: & لَبَّيْكَ in sensu عَلَيْكَ &c.

Secunda verò, nempe ea quæ sensu potius construuntur, sunt scilicet كُلّ omnis, totus, & بَعْض Aliquis, pars: & غَيْر Alius: & nomina ٱلْجِهَات positionum, vt فَوْق Supra, & تَحْت Sub, & وَرَاء Post, & أَمَام Ante, & يَمِين Dextrorsum, & شِمَال Sinistrorsum, & his similia. Dices enim جَاءَنِي كُلُّ ٱلْقَوْمِ Venit ad me collectio populi, idest tota multitudo: & sine prolatili regiminis constructione in eodem quoque sensu dices جَاءَنِي كُلٌّ, Venit ad me collectio, multitudo, omnes homines, &c. Similiter dices جَلَسْتُ فَوْقَ ٱلسَّطْحِ وَتَحْتَ ٱلسَّقْفِ Sedi supra tectũ, & sub suffito, &c. & فَعَلْتُهُ أَوَّلَ شَيْءٍ Feci illud primum rei alicuius, idest primitus. Et absque regimine fiunt: vnde si ad speciale referantur, construuntur cum dhamma, vt جَلَسْتُ فَوْقُ وَتَحْتُ Sedi supra, & infra, idest superius & inferius: & أَبْدَأُ بِهٰذَا أَوَّلُ Incipio istud primum, scilicet prius: nam & auctoritas est apud Arabes, vt لِلّٰهِ ٱلْأَمْرُ مِنْ قَبْلُ وَمِنْ بَعْدُ Dei est

eſt decretum, per prius & poſterius, ideſt من قبل غلبهم ومن بعده Ante victoriam ipſorum, & poſt ipſam. Si autem ad generale, propria remanet caſuum regula, & dicitur لله الأمر من قبلُ ومن بعدُ & ſenſus eſt من قبل كل شى ومن بعد كل شى Ante omnia, & poſt omnia.

Author autem Caphiæ diuidens ipſum giarratum, inquit, quòd aliud eſt معنوية ſcilicet ſenſifluum, quod vere tam ſenſu quàm prolatione in regimine conſtituitur, quod ſupra hìc ſatis fuit explicatum.

Aliud eſt لفظية ſcilicet prolatiuum, quod ad lenitatem eloquij, & phraſis comodum, tantum in regimine ponitur, cuius quidem regens eſt appellatiuum annexum ad ſuum Rectum, vt ضاربُ زيدٍ Percuſſor Zæidi, & خليقة الملح Creatura ſalis, ideſt creatura, quæ ſal eſt: & حسنُ الوجه Pulcher facie, ideſt, cuius facies pulchra eſt: licet quoque congrue dicere مررت برجلٍ حسنِ الوجه Appropinquaui viro facie pulchro: ſed non licet مررت بزيدٍ حسنِ الوجه Appropinquaui Zæido facie pulchro.

Simi-

Similiter dices اَلضَّارِبَا زَيْدٍ Duo percuſſores zæidi: ſed non اَلضَّارِبُ زَيْدٍ Percuſſor zæidi: & alia notatu digna idem Author ponit ad propoſitum, quæ nos quidem hic, licèt cum quibuſdam alijs Grammaticæ obſeruationibus, breuitatis gratia, cæptum Agerumiæ curſum ſequentes, nunc omiſſerimus: ſperamus tamen, vita comite, illam verè كَافِيَةٌ ſcilicet ſufficientem, completamque Grammaticam in gratiam Philoarabum peculiari commentario illuſtrare.

His interim noſtris compendioſæ huius pene in omnibus Arabum ſcholis vſitatæ Grammaticæ Expoſitoribus, cum ſimplici literæ eius interpretatione, iam diuino fauore completis, tanquam facilioribus, ad communem Studioſorum commodum, à nobis præmiſſis, ad Dei gloriam, Fidei propagandæ zelum, animarumque ſalutem vtere; & ſi quid errauerim corrige, meique apud Deum bonorum omnium largitorem memento. Cui laus, honor, & gloria per infinita ſæculorum ſæcula, Amen.

LAVS DEO.



